judicio defuncti ss. heredes ut late a nobis supra comprobatum extat q. legatum ex tacito judicio defuncti videt. heredi a semetipso relictum. Deinde nam Donel. inquit legatum ab initio validum non infirmari ex eo q. jussu patris v. dni. filius v. servus adierint hereditatem cum etiam ex eventu contingat cuius contrarium certum est juribus et rationibus ex dic. l. a filio ubi igitur etsi jussu patris addita sit hereditas imputabit. ei in falcidia quippe si legatum illud patri consequeret. jure legati non imputaret. ei in falcidia v. in quarta qe. ad l. fal. q. ei imputatur quoniam non jure legati d. hereditario legatum habet unde Ulpia. in frag. tit. 24. §. 24. verba illa legari non pt. ei cuius in potestate est heres intelligenda ss. d. jure legati cum effectu adita hereditate jussu patris v. dni. quidquid Cuja. lib. 6. obser. cap. 32. existimaverit verba illa emendanda negative prolata ut ita conveniat cum dic. l. a filio contraque et Turaminum de exequatione legati cap. 4. n. 12. vide Osual. ubi sup. ad donel. lit. D.

Observemus nunc preter supradicta et alia in proposito memorie valde comendanda ab interpretib. non animadversa diximus fideicomissum a patre eidem filio v. a dno. servus heredibus institutis per quos comodum hereditatis patri v. dno querit. ex tacito judicio defuncti collatum censendum in tempus quo capere possint quoniam alioquin semper querit. hereditas patri v. dno. ex tacito judicio defuncti adversus quam partem considero ter. sume obscurum l. cum etiam. 23. §. ult. vers. Pedius de edil. e-dic. ubi postquam in prin. §. proposita fuit regula quod a venditore servi restituendum est emptori id quod per servum ei adquisitum fuit. v. dolo amissum quo magis ei non adquireret. et si legatum est. hereditas servo vendito relinquat. progrediens inquit id verum esse sibi contemplatione venditoris v. emptoris relictum legatum v. hereditas servo fuisset et subjungit hec obscura verba q. et si venditio mansisset nihil hec res emptori proderat. ex quib. colligit. quod si servus

venditus

venditus actione redibitoria nō redibeat. legatū relictū l. hereditas eidem servo quantumvis contemplatione emptoris minime emptori adquiratur contra nām doctrinā. Siquidem in hac spē. non solum servus emptoris institutus pro omnit. simpliciter verū etiā contemplatione emptoris et nihilominus nō quesit. legatū l. hereditas ipsi q.° multo minus in nr̃o tex. ubi adquirit. legatū l. fideicommissū dño. cum gravatus fuit servus restituere ac per cons. nō est necessarium q. fideicomissū videat. collatū in id tempus quo servus capere possit ~

Qua difficultate opressi meliores interpretes plura cogitarunt pro interp. illius tex. nā Bal. in eo existimat verba illa q. et si venditio remansisset mendosa ee. et legenda q. et si venditori remansisset qua lectura admissa 2.° in Bal. sensus erit q. si servus venditus redibeat. per redibitoria venditori ita ut eius remansisset nihil prosit ea res emptori q. legatum l. hereditas ipsius contemplatione fuerit relicta nā adhuc venditori adquirit. q. quidem confirmat. ex l. Julia. 13. §. si quid servus de actio. empti ibi nec distinguendū cuius respectu ista sint relicta. eodem sensu alit. emendandū ee. tex. illum arbitrat. Bened. Pinel. lib. 1. selecta. cap. 12. n. 34. et 39. ubi negatione addita existimat legenda ee. verba illa q. et si venditio nō remansisset: verū his et aliis omissis de quib. sigillatim nō possumus sermonē facere q. existimo tex. illū minime mendosū ee. et ex rudimentis jurisprudentiæ vera interpretatione intelligi posse si advertamus servū venditū in ea spē. hereditatē aut legatū sibi relictū ex tacito judicio defuncti dño. adquirere juxta nrum tex. atque ita quo ad adquisitionē dominiū ee. spectandū nō v. contemplationē relinquentis juxta tex. in dic. l. Julia. §. si quid servo quo ad mittit inquit Ulpia. q. si emptor servi redibitoria experiat. pro servo vendito et condemnatus fuerit ita ut venditio remansisset.

hereditas f. legatum relictum servo adquiratur emptori sive venditoris sive emptoris contemplatione relinquat. quia ut diximus ad adquisitionem non expectatur cuius contemplatione relictum fuerit servo dominus quia dominium habet domino semper adquiratur igitur si venditio manet legatum sive hereditas servo vendito relicta quaeritur emptori quia dominus manet non vero quia eius contemplatione relicta proponatur. Unde subjungit consultus per contrarium si contemplatione venditoris institutus servus proponatur nihilominus dicendum esse relictum emptori non debere venditori si noluit eum redibere quia dominii ratio non vero contemplatio relinquentis semper consideratur. poteram in hac parte in amicitiam redigere difficilis decisionem tex. in l. Julianus 13. §. item si quid ex operis de actio. empti ibi non tamen si quid ex re venditoris juncta l. aditio 45. §. ult. de adqui. hered. ibi propter me institutus sit et ibi ut intelligatur non opera sua mihi adquirere d. ex re mea, verum tempus instat ut ad alia nostrae tractationis perveniamus videat qui plura cupit Bened. Pinel. lib. 1. select. cap. 12. per totum

Deinde ex supradictis venit explicandus Papin. difficilis tex. in l. duos 10. de condi. et demonst. quo in loco Mater duos filios heredes scripsit ex partibus sub conditione si a patre suo emanciparentur. quibus quoque prelegata dedit pater filios emancipavit qui hereditatem adierunt quaeritur an sibi prelegata adquirat cui quaestioni Papin. respondit patrem sub mouere etiam a legatorum commodo nam emancipando filios obsequutus videtur supremum judicium uxoris quae in decisione illud maximam dubitationem continet quod prelegata pure relicta ss. filiis a quibus per cons. eorum dies cedit in morte testatricis Matris l. §. cum similibus quia dies legati cedat quo tempore liberi erant in potestate parentis atque ita dicendum videbatur patri prelegata adquiri debere siquidem in legatis dies cessionis expectatur sicut in hereditatibus

dies aditionis l. miles 75. § ult. de leg. 2. quequidē doctrina
maxime in haec spē. procedit ubi voluntas Matris certa et
indubitata videtur ut prelegata patri adquirerent heredi-
tas v.o liberis siquidē heredes instituit sub conditione eman-
cipationis legata v.o pure dedit nihilominus tn. Papin. pro-
bat neque ex hereditate neque ex legatis patrē aliquid ha-
bere posse.

Qua in difficili Papin. mente percipienda labo-
rant multi Interpretes Accurs. ibi et post eum Barto. Cas-
tren. Alber. et omnes fere Acursiani Interpretes in eo tex. qui-
bus consentit Donel. lib. 8. com. cap. 31. probant condi-
tionē emancipationis propositā in Institutione repetita vide-
ri in prelegatis ut in l. cū servus 58. de condi. insti. in l.
avia 77. de condi. et demonst. de quib. iurib. pret. supra
relatos videndi ss. Mantica lib. 10. de coniect. tit. 6. n. 4.
Peral. in l. si quis in prin. n. 26. de leg. 1. Cuja. lib. 2. obser.
cap. 36. et lib. 26. cap. 31. Forner. lib. 4. rerū quotid. cap. 29.
Menoq. lib. 4. presump. 179. ac per cons. emancipatione sequta
patre nihil capere potuit ex prelegatis. Verum hec Interp. convin-
cit evidenter v.o nā conditio apposita Institutioni nō videt. repe-
tita in prelegato nisi ex coniecturis appareat veluti cū Institutio-
ne facta sub conditione prelegata relicta ss. illis verbis Honam-
plius quib. repetitio inducit. ut in dic. l. cū servus et in dic. l.
avia 4. qr. legatū conditionale transfert. verbis in aliū ut in
l. legatū 24. de adim. leg. l. legatū 91. de condi. et demonst.
Deinde qr. Papin. expresse inquit prelegata pure relicta fuisse
sic perperam Interpretes contra Papin. conditionalia fuisse
arbitrant.

Quare Cuja. lib. 16. quest. Papin. in dic. l. duo conditi
probant prelegata pure relicta fuisse in eo tex. nihilominus
tn. patrem submovendū a legatorū commodo qa prelegata here-
di ex parte relicta pro parte propria iure hereditario pro parte

V.o coheredis pure legati accipit. l. in 4.m q. ad l. fal. l. infidei commissariatto. ad Trebel. l. cum virum c. de fideicommissis Unde dies prelegati pro parte coheredis cedit a morte testatoris ex reg. dic. l. 5. quando dies leg. cedat: pro parte v.o propria non cedit ante aditam hereditatem dic. l. miles §. ult. de leg. 2. igitur cum prelegata proponantur pure relicta a matre filiis institutis heredibus sub conditione emancipacionis pater non p.t aliquid capere ex hereditate filiis relicta s. ut ab hereditate ita et a prelegatis submouitur pater nam non p.t capere ex prelegato unius filii quin capiat ex hereditate alterius Nullias autem ex hereditate capere p.t cum emancipando filios supremum iudicium vxoris suae custodire voluit ut elegantur Papin. ratiocinatur alias voluntas matris implicatiua et contraria foret

Ex hisque Papin. in n.ro tex. prorumpit sequitur elegans distinctio ex Iulia. Senta. a Papin. comprobata in pn. Nempe patrem cuius filius heres institutus est extero quidem habitatione. l. fal. restituere hereditatem debere quo- niam ex persona filii heredis instituti fideicommissum vires capit ipsi v.o filio non admissa falcidia restituendum est quia ex persona sua filius sibi ipsi obligari non p.t et pater non ut heres d. ut pater rogari videtur. et ideo si filio rogatus sit pater post mortem suam q. ad se peruenit ex legato f. hereditate filio re- lictis restituere his que vivo patre accedat omnimodo patrem fideicommissum retenturum quoniam fideicommissum ex persona patris vires accipit. Ex quib. aparet quanta differentia sit inter fideicommissum relictum a patre filio heredi instituto per quem patri commodum hereditatis fuit quesitum f. extero nam v.o casu fideicommissum ex persona patris vires accipit cum filius sibi ipsi deberi non possit partat reg. tex. l. penult. de reg. arbitriis in l. stichum 95. §. aditio cum simil. de solutio.

Unde in ea spe quarte Pegasiane deductioni locus no est nam l. 3. pater filio instituto qui restituere fuit rogatus ex Trebel. tenetur ex eoque actiones in eu transferant. l. 1. §. si filio vers. item ad Trebel. quarta no ex Trebel. d. ex Pegasiano deducit. §. d. q.a heredes Inst. de fideicom. hered. notant Cuja. lib. 2. observa. cap. 30. Donel. lib. 7. comen. cap. 22. Inde que est ut si pater ipse sit heres institutus (no factus heres per filiu) et rogatus filio suo restituere hereditatem possit sine dubio 4.m Pegas. deducere quonia tunc tanquam heres tenetur. Cui 4.a Pegas. deductio competit l. jubimus 6. vers. idem C. ad Trebel. cu v.o per filiu comodu hereditatis habuit heres no est d. filius quo sensu intelligendi ss. consulti in l. si alienus 62. de leg. 2. in l. 4. de leg. 3. in quib. cu similibus dicit. fideicomissu a Patre relictu filio eius herede instituto tacita habere conditione si pater heres efficiat. referendu est ad comodu hereditatis no v.o ad nomen tituli et honore heredis nam filius eo m.o heres est ut perspicue colligit. ex differentia nu.tra. et ex verbis illis q.a ex persona sua etia juncta reg. dic. l. Stichu §. aditio et p.a ... filius semel heres factus cu jussu patris quesiuit hereditate no pt. desinere esse heres l. ait pretor 7. alias el si sine 8. §. d. q. Papin. in fine de Minoribus. l. cui soluendo 42. l. ei cui 80. cu multis alijs de hered. insti. q.o cum jure Pagas. detractio heredi tantu competat l. mulier 22. §. fin. ad S. C. Trebel. et pater factus heres per filium institutu rogatus ipsi filio restituere cu ipse no sit ex persona sua no possit deducere 4.m sequit. q.d nomine filij heredis deducenda erat filius a.m heres idem fideicomissarius sibi ipsi deberet no pt. &c.

In 2.o v.o casu cu pater filio instituto rogatur extiro restituere hereditate poterit deducere 4.m q.a fideicomissu ex persona filij qui heres vere est vires capit

etenim a persona filij incipit oblig. que propt. emolumen-
tu patri quesitu lege ministerio vtilit. transfert. in patrem
vt post tacken. in princ. n. 1. explicant Alexan. n. 3. Conea.
lib. 2. Varia. cap. simul. et q. adquisitio illa in persona filij
momentanea sit l. placet de adqui. hered. tn. operat. illa
effectu ne alias quarti Peges. deductio excludat. que illi tan-
tu compitit cuius repudiatione testamentu infirmaret.
§. d. quia Inst. de fideicom. hered. Pater v. filio delata here-
ditatem no pt. repudiare l. si is qui heres 13. §. fin. de
adqui. hered. que omnia ita demu locu habent cu per
filiu patri l. per seruu dno. querit. commodu hereditatis
quo casu cu fideicommissu valeat merito dubitat. ex cuius
persona vires capit et quo ad quarte deductionem ipse filius
rogatus videt. extero restitutione alioquin si antequa adeat
seruus l. filius sui juris effitiarit. cu fideicommissu a patre
relictu euanescat ex reg. l. ab eo C. de fideicommissis sequitur
vt nec filius teneat. qui rogatus no fuit d. l. si alienum
62. de leg. 2. ita intelligendaeum dic. l. 4. de leg. 3. nec pater
qui ipsi commodu quesitu no proponit. maximeq. ideo ex per-
sona filij l. serui subsistit. fideicommissu relictu a patre l.
dno. vt deductioni quarte locus sit ne alias propt. nullu aut
minimu lucru repellat. ab aditione hereditatis que vo. no mili-
tat cu emancipato l. manumisso patri l. dns no querit. heredi-
tas vt in dic. l. si alienus et in dic. l. 4. de leg. 3.

Si vo. fideicommissu
a patre filio post morte patris relictu fuerit filiusque viuo patre
decesserit omnino. pater retinebit relictum q. cu post morte
grauati fideicommissu l. legatu dat. cu dies mortis sit
certus incertu tn. est. vtru viuo fideicommissario [illegible] con-
tingat merito ex ea incertitudine fideicommissu

conditionale redit. ac per cons. deficiente conditione Mortuo filio Vivo Patre apud ipsum patrem Manet fideicomissum argo. tex. in l. heres meus § 1. de condi. et demonst. et in l. 2. § 1. de leg. 2. l. huiusmodi vb. quando dies legati cedat 2m lecturam et sententiam Accurs. ibi Nec fisco tale fideicomissum aplicat. quia pater grauatus filio restituere per quem commodum eiusdem hereditatis quesitum fuit non ut heres d. ut pater tenet. ex nostro tex. legis Iuris Caduciariae quib. relicta fisco aplicabant. decedente fideicomissario L. [illegible] post mortem eius aquo relictum proponit. solum in heredibus locum habebant ut latet explicat Cuja. lib. 10. obserua. cap. 38. Pichar. in presenti cap. 14. ex n. 4. ubi plura scripsit circa hanc partem nu. am. Instituti ut diximus non est aliorum Commentaria transcribere d. quae nondum hucusque animaduersa ss. proponere reliqua qui cupit adeat preceptores in scolis ad nostrum tex. apud quos Multa ex traditionib. antecessorum repitita videbit absoluimus hoc tit.

Sequitur utilis, et multis difficultatib. exornat. tractat.

De acq. t. ommitt. hered.

Caput. 1. ubi de necessarijs requisitis ad utilem acquisitionem t. repudiatem hereditatis agitur ad plurimorum iurium interp.

a d. d. Gregorio Porillo.
1636

N. 1. Quedam sunt necess. requisita quasi prelibamenta ad utilem acquisitionem, t. repudiatem hereditatis (de qua in nro tt.) sine quorum certa, et germana cognit. cetera, que in hoc tractatu continentur vix percipi possunt. Primum requiritur delatio hereditatis id est, ut hereditas in ea causa sit, quod acquiri, aut repudiari valeat, Terentius Clemens in L.

Delata. 151. de V. S. Delata hereditas, inquit, in-
telligitur quam quis possit adeundo consequi, idem probant Ex
in. L. 10. qui. 13. in pro. iuncto §. ult. hoc tt. de cuius certa
sent, et conciliat cum obscura lege. 1. §. per servum. de success.
Edicto. videndi sunt Cujacius. Lib. 3. observat. cap. 11. Donellus
et Osualdus. Lib. 7. comment. cap. 14. tra. D. cum seqq. noster
Joannes Chumazero selectarum iuris cap. 3. ss. 1. et 4. Quod
idem procedere in legato, ut delatum utiliter agnoscatur et repu-
dietur probat Consultus in lege legatum. 7. de leg. 1. non
vero acquisitum. L. Titia. 34. §. Lucia. de leg. 2. que
iura ita componenda esse testatur Cujacius d. cap. 11. Idem
probat Ex Difficillis. in. L. 1. §. furiosi. de success. Edicto
ubi curator furiosi non potest repudiare bonorum possessionem, quo-
niam propter amissum intellectum furioso nondum delata est, in qua
quidem inter Consultos antiquos concertatio fuit, ut colligitur
ex. L. si ad pupillum. 11. de auth. tut. ex. L. 1.
de bon. poss. furioso. refert Justinianus Imperator in. L. ultima. §.
sin autem. C. de curat. furiosi. Tandem hoc necessarium
requisitum delationis hereditatis fulcitur ex leg. 1. §. de-
cretalis. de success. Edicto. Igitur maneat firmum dela-
tam hereditatem intelligi, quam quis potest adeundo con-
sequi, id est, acquirere, sic simmilliter libertatem con-
sequi intelligimus pro acquirere in. Leg. sed si hac.
13. §. 1. de in ius vocando. in leg. quod autem. 7. de
Servit. urbanorum.

N. 2.

Ex dubio ergo pendet acquisitio he-
reditatis, delatio sine qua nulla potest acquiri. L. 10. qui
13. L. neque is. 17. §. ult. cum seqq. hoc tt. L. licet.
8. C. de iure deliber. exornant Cujac. Petrus Re-
buphus, Pedes scribentes in. d. L. delata. Donellus. lib.

17. comment. cap. 4. quo suscept. sive acquis. bonus textus in leg. in summa. 65. §. ad agere. de condit. indeb. atque ita, et si hereditas defferatur ignoranti, et invito heredi, non tamen nisi volenti acquiritur. L. nec emere 16. C. de iure deliber.

N. 3.

Ex quo requisito ita a nobis exornato, primo infertur superstitis, sive viventis nullam esse hereditatis delatam, quia non est in ea causa, ut acquiri vel repudiari valeat, quippequi dum testator vita fruitur dominium rerum suarum retineat, non est necessaria persona ficta hereditatis, que ipsius personam refferat, aut representet, ut dominium rerum retineat, primum enim est, ut hereditas sit in rerum natura, postea vero agendum est, de delatione, acquisitione, sive repudiatione, ideoque de viventis heredis contractus, sive dispositio nulla est, tanquam de re, que in rerum natura non reperitur. L. 1. et 2. in ff. de hered. vel act. vend. L. nemini 27. ff. tit. L. ita tamen 27. §. a patre. ad Trebell. L. in quibus. 9. §. ult. de donatio. L. Stacius Filor. §. Cornel. Felici. de iur. fisci: In alijs n. rebus licet spes vendi, et donari valeat. L. si ult. de donat. empt. L. si in aliis. 13. de alt. L. 3. C. de donat. non tamen in heredit. viventis id contingit, ne votum captandae mortis inducatur, et plerumque tristissimi eventus occasio prebeamus. d. leg. ita tamen. §. a patre. L. 2. §. interdum. de vulg. l. 1. §. si impuberi. de collat. bon. L. ult. de suis, et legit. Leg. quidam 30. §. 1. de donatio. L. pactum 15. C. de pactis, exornant multis Cujac. lib. 20. respons. Pap. in d. Leg. quidam. §. ult. Bart. Saliceto, Donell, et reliqui in L. ult. C. de pactis

Ant. Fab. in d. L. 1. de her. vendita, et de erronib. decade. 12. errore 3. ex practicis Covarr. in cap. quamvis pact. 3. p. §. 1, n. 3. de pactis lib. 6. Thesaurus decad. 285. Gutierrez de iuram. confirmat. cap. 59. ex n. 4. Molina Lib. 2. de primogenijs cap. 3. n. 3.

N. 4. Non inficiamur adversus supra dictam doctrinam quedam esse iura observat. digna, quae probare intendunt hereditatem viventis reperiri. Primum Iuliani obscurum responsum in L. quesitum 91. §. si mihi servus de leg. 1. ubi Legatum servus legato relictum ab alio tertio quam a domino cessit vivo eo testatore; qui servum legaverat, et tamen Consultus affirmat legatum ad hereditatem eius pertinere, unde concludit quod si postea decedat testator qui servum legaverat, heredi eius non legatario servi legatum debeatur, sive acquiratur. Igitur viventis hereditas est: Qua difficultate superatus Cujac. Lib. 36. digest. Iuliani in d. §. si mihi servus probat textum illum mendosum esse, et legendum loco illorum verborum, et vivo eo qui mihi servum legaverat mortuo eo, inquitque, importunum esse, et maxime alienum a sensu communi quod ab interpretibus circumfertur pro illius textus explicat., nempe hereditatem accipiendam ibi, pro spe futurae hereditatis sive pro herede futura mortuo testatore, qui servum legaverat, et convincitur communis interpretatio improbata a Cuj. ex verbis illis d. §. si mihi servus. & confestim id legatum hereditati acquiritur.

N. 5. Huiusmodi tamen emendatum, sive mutilatum aio salva iuris sententia deffendi minime posse, itaque in illo loco nihil muto,

Et verba

Et verba illa vivo eo retinenda potius, ne quid temere corrumpamus, potius quam corrigamus. Igitur ut Iuliani sent. aurea, et difficilis ex integro percipiatur, sciendum est legatum relictum servo a domino, qui eum servum legavit, non a morte testatoris, sed ab adita hered. cedere, et ad legatarium cui servus legatus fuit pertinere non vero ad heredem domini, qui legaverat. L. servo legato. 69. in princ. de leg. 1. melior text. in L. cum legato. 17. quando dies leg. ced. de quo text. videndus est Cuyacius lib. 4. observat. cap. 4. Idque ratione subtili fulcitur, nam si hereditati vel heredi, non vero legatario legatum servo relictum acquireretur in debitum, et creditum in personam fictam hereditatis, aut veram heredis concurreret, quod quidem non admittit. L. quaesitum. 91. § 1. de leg. 1. L. leg. cum legato. L. unica § in novissimo C. de caduc. tollend. et arg. text. in L. penult. de recep. arbitris. Et si dominus servum legaverit, et alius tertius eidem servo legatum reliquat, et post mortem testatoris, qui servum legavit iacente ipsius hered. decesserit extraneus, qui servo legaverat, confestim ab eius morte cedit dies eius legati servo relicti, hereditatique iacenti domini, qui servum legaverat acquiritur, in cuius dominio servus legatus erat, quomodo interpretanda et intelligenda sunt verba in L. leg. si post mortem. 68. de leg. 1. ibi. ante enim cedit dies legati, quam aliquis domino heres existat, in L. quod servus. 39. de leg. 2. Quod idem in fructibus legatis rei legatae contingit, ut si ante aditam hereditatem percipiantur, hereditati, et per eam heredi acquirantur, nam ante aditam hereditatem dominium fundi legati in hered. fuit, vulgata lege. a Titio 61. de furtis. L. legatum. 80. de leg. 2. glo. in leg. ult. C. de

fructib. legator. post aditam hereditatem fructus percepti ex fundo legato ad legatarium pertinent, ex leg. Herennius 42. De usuris, melior textus in l. Mulier 12. § fructus. De leg. 1. et ornant cum multis Andreas Fachineus. lib. 12. controu. cap. 68. Petrus Barb. in leg. diuortio 2. § n.º 82. Solut. matrim.

N. 6.

Verum antequam ad ulteriora progrediamur, aduersus supra dictam distinctionem, et doctrinam dictam non sunt obliviscenda quedam iura observatione digna, quae infirmare videntur. 1º consideratur textus in leg. si tibi homo 87. § cum servus. De leg. 1. ubi cum servus legatur, et servus ipsius status et omnium, quae personam eius attingunt in suspenso est, ita si legatarius repulerit a se legatum, numquam fuisse eius videbitur, si non repulerit ex die aditae hereditatis eius intelligitur, quod et statuendum, et de iure eorum, quae per traditionem servo acceperit, aut stipulatus fuerit, et de his quae donata vel legata ei fuerint, ut vel heredi vel legatario servo singula gesisse existimetur, quo contra supra dictam distinctionem sequitur legatum relictum servo legato semper acquiritur legatario semper agnito legato, siue ab ipso domino, siue a tertio legatum servo legato fuerit relictum = Cui difficultati omissa interpretatione tradita ab antecessore meo ad nrum titulum. cap. 3. ex n.º 4. subtiliter, et verior est interpretatio Ant. Fabri. lib. 7. dict. cap. 3. dum probat textum illum procedere in legato relicto ab alio tertio servo legato a domino in quo sic legatario servi in effectu quaeritur legatum eidem relictum, nam licet vere statim servus legatus, et legatum eidem servo relictum acquisitum fuerit heredi domini, agnito postea legato a legatario servi, numquam eius fuisse intelligitur fictione iuris admissa interpretatione prudentum ad legem 12. tabul. ne alioquin

Libera

libera facultas concessa civib. Romanis disponendi de rebq suis post mortem excluderetr, cum post mortem verum legatarum dominium acquireretr heredi a quo invito et ignorante non potuisset revocari. L. si ego. 9. §. 1. de iure dotium. iuncta reg. legis verbis. 120. de V.S. qua rat. heres ad restitutionem servi legati, et eorum, quae servq legata sunt, etiam ab alio tertio agnito legato a legatario, iura sunt expressa in. L. huic scripturae. 13. in fine. ad leg. Aquil. L. cum servq. 39. alias incipit. apud Iulianum 40. vers. et si servq. de leg. 1.

2.° adversq supradictam

N. 7.

dictum considero bonum textum in. L. cum ita. 16. §. 1. quando dies legat. ced. ubi a dno servq legatus fuit, et eidem servo ab alio tertio usufructq fundi legatus proponitr, hereditatemque eius, qui usumfructum legavit prius aditam fuisse in qua sp. inquit Consultq nullam rationem cur diem legati cedere existimemq antequam ea quoque hereditas ex qua servq legatus erat adeatr, quare adita hered. existimandum est usumfructum ad eum cui servq legatus est pertinere (ita enim legendum, prout in vulgatis adiuncti, non prout in Florentinis, ad eum cuius servq legatq est) qua difficult. oppressus vir doctissimq Cuiac. Lib. 36. digest. Iuliani in. d. Leg. cum legato. quando dies leg. perperam affirmat contra mram dictum legatum servo legato relictum, sive ab eodem dno, sive ab alio 3.° non cedere ante aditam hereditatem dni, qui servum legavit: quod falsum esse apparet ex. d. leg. si post mortem. 68. de leg. 1. L. quod servq. 39. de leg. 2. quare ommissa hac sent. dicendum est, textum in. d. L. cum ita. §. 1. specialitr procedere in legato usufructq relicto ab alio tertio

seruo à dño legato; in quo hereditatis dñio dñi requi-
ritur, quoniam hereditati eius iacenti non potuit acquiri. l.
insufficiens. 26. de stip. seruor. ubi rão proponitur, ita erudite
notat idem Cujac. lib. 35. digest. Iul. in d. l. cum ita
§. 1. in verb.

N. 8.

Si verò seruo legatum sit, et eidem seruo ab alio 3º
legatum fuerit, et viuo dño qui seruum legauerat, tertius
qui seruo legauit decesserit, atque ita secundum ea dictam
dictum dies legati seruo relicti cesserit in hac spe. Con-
sultus in d. l. quæsitum. §. si mihi seruus. de leg. 1. ubi
Consultus concludit legatum seruo relictum dño acquiri, qui ser-
uum legauerat, quod quidem ut probet inquit, hereditati
confestim acquiri, non legatº, nam quidquid seruus acquirit dño que-
rit, quod autem dño viuenti quæsitum fuit, et in illius
dominio mortis tempore permansit, ad uniuersitatem bonorum
in ipsam hereditatem, et per eam in heredem transit, non vero
in legatarium, nisi rei legatæ inhæreat. l. si is qui. 11. §.
ult. quemadmod. seruit. amittit. et rei legatæ accessio sit
leg. grege. 21. l. quod in rem. 24. §. si quis. de leg. 1.
quo hereditatis nomen, de quo in d. §. si mihi seruus. pro
hered. futura post mortem testatoris usurpatur in d. dicto
seruu; ut existimat antecessor noster. d. cap. 3. et ante
eum Cujac. sibi contrarius. lib. 29. obseruat. cap. 40.

N. 9.

Ego
autem nunquam potui supradictam Iuliani interpretationem ad textum in
d. §. si mihi seruus probare, atque ita superiori rão, et si tan-
torum virorum mihi fidem non faciat, aliam quoque eius rei causam esse
suspicor, quippe qui, cum Iulianus statuat confestim legatum here-
ditati acquiri intelligimus statim atque dies legati seruo relicti
cessit viuo dño, qui seruum legauerat. Igitur verendum est

clare

dicere verba illa, confestim hereditati acquiritur intelligenda
id est domino superstiti ~~confestim~~ post mortem eius, qui servo legave-
rat, cum enim hereditatis nomen, et heredis usurpetur pro domino
ut ex §. ubi inst. de her. qualit. notant Cujac. in no-
tis, ib. et Lib. 5. observat. cap. 10. Donellus et Duvaldus
hic l. Lib. 6. comment. cap. 2. Ant. Fab. Lib. 4. con-
iecturarum cap. 6. merito dominus heres aliquando nuncupatur
vivus, pro qua quidem expendi potest singularis textus ita in-
terpretandus in l. 1. de heredit. 19. §. non tamen. de castrens.
peculio. ib. si pater ut heres vivo filio venditam servo
castrensi imposuit etc. ubi verba illa, ut heres vivo filio
intelliguntur, ut dominus, nam pater vivo filio; aut mortuo
ab intestato non est heres in peculio castrensi. l. filius
18. ad leg. Falcid. l. 2. de castrens. pecul. exornant
Cujac. Lib. 10. observat. cap. 16. Fornerius Lib. 1. select.
cap. 19. Ant. Fab. ubi proxime, et in rationalibus ad
leg. 3. §. pen. de minor. ubi eodem modo in eo textu exis-
timat intelligenda esse verba illa quasi heredem, id est quasi
dominum, quae sunt in d. §. non tamen heres filii dicitur pater
in castrensi peculio vivo filio, et postea ab int. mortuo
id est, dominus, ita similiter hereditatis nom. in d. l. quaesitum.
§. si mihi servus, dominus intelligitur, cui statim quaeritur
legatum post mortem testatoris, qui servo suo legaverat.

ex N. 10.

qua doctrina, et resolutione lucem accipiunt iura in l. quaesitum.
91. §. 1. de leg. 1°. et in leg. Julianus noster. 86. de
cond. et demonst. in quibus si servo proprio a domino pure
libertas relinquatur eidem ab eodem domino utiliter pure, vel
sub condicione legatur, cum vero libertas sub cond. relinquitur
ita demum legatum pure relictum sustinetur, si talis

cond.o fuerit, que ante aditam hereditatem d.ni impleri possit, ve-
luti si decem Titio dederit, vel capitolium ascenderit. Si v.o
talis sit cond.o, ut non nisi post aditam hereditatem d.ni imple-
ri valeat, veluti si heredi decem dederit, aut alia similis
legatum pure inutiliter servo relinquitur a d.no. Cuius diver-
sitatis ratio obscura ex eo proficiscitur, nam cum legatum servo
proprio, cum libert.e relictum non cedat nisi ab adita hered. d.ni
qui legavit. L. heredis. 7. cum seqq. quando dies leg. ced.
quoniam nec antea dies libertatis relictae cedit ex illis iuncta
L. un. §. in novissimo. C. de caduc. toll. si dies legati
cederet a morte d.ni inutile fuisset, cum non ipsi servo, sed
per eum hereditati iacenti in cuius dominio erat acquireretur
quod quidem alienum erat a ratione, nec enim in eiusdem
pers., et emolumentum legati, et oblig.o iuris concurrere po-
test. L. nam cum. 3. L. cum legato. 17. quand. dies legat.
atque ita, ut legatum in d. dicta sp. consistat requiritur
quod dies legati, et libertatis simul cedant, vel libertas
antecedat.

N. 11. Unde species d. legis quesitum. §. 1. et d. l. leg.
Iulianus eiusque germana ratio, et intrinseco cognoscitur, etenim
si ab herede extraneo a d.no instituto legatum pure relictum
fuerit, et libertas sub cond.e servo, ita demum legatum
tenet, si cond.o libertatis impleri possit, et re ipsa impleta
sit ante aditam hereditatem, idemque constat ex textu obscuro
in. L. cum servo. 62. in pr.o de cond. et demonst. ubi le-
gatum pure a d.no servo relictum proponitur, et eidem libertas
sub cond.e reddendarum rationum, in qua sp. inquit Consultus
legatum inutile esse, quoniam illa cond.o eius nature est, ut ante
aditam hereditatem impleri nequeat. L. servo. 34. §. 1. de
statulib. cuius rei ratio ex supradictis colligitur, nam in supra

dictis

dictis iuribus legatum quod exivit ab adita hered. per servum queritur heredi in cuius pers. non poterat concurrere ius debiti, et crediti, atque ita inutile est legatum. Cum vero cond. libertatis impleta fuit ante aditam hereditatem, iam servus reperitur liber eo tpore quo hereditas acquiritur, atque ita utiliter legatum queritur ei. Unde in d. iuribus eleganter habetur quod si legatum servo pure relinquatur, libertas vero sub cond. ab herede necess. et suo legatum semper inutile sit, qualisqualis fuerit cond. libertati adiecta nam ex suis et necessarijs heredibus nullum est hereditatis iacentis instans ac per consequens nunquam conditio libertatis ante acquisitam hereditatem impleri potest, ac per consequens inutile erit legatum.

N. 13.

Unde ultra dd. quos viderim in hac spe interpretatum summe difficilem in L. in rat. 30. §. cum tex. vers. alia causa. ad leg. Falcid. ubi cum Iurisconsultus docuisset in contributum legis Falcidie non venire ea legata que inutilia sunt, quod simmiliter habetur in L. si de servo. 20. eodem tit. exemplum proponit in legatis heredi a semetipso relictis, que a pro. non consistunt, vulgata lege legatum. 116. §. 1. de leg. 1. et in his, que servo proprio heres dare iussus est, ex §. an servus. de legat. subiungit postea in d. vers. aliam causam esse eorum, que in diem certam servo dantur, nam si libertatis dies cepit cedere ei debebuntur, quippequum cum libertas ante aditam hereditatem non cedat, legatum vero in diem certum relictum, statim cedat a morte testatoris. L. si dies. quand. dies leg. ced. L. un. §. cum igitur 6. de cad. tollend. dicendum videbatur legatum illud inutile esse quoniam ante libertatem per servum hereditati acquiritur

N. 12.

oblig. iuris, et emolument. legati consistere non potest d. l. cum legato 17. quand. dies leg. ced.

N. 13.

Qua in dificult. summe obscura omnissa interp. Accursij et qua sequitur Albericus n.o 7. et emendat. Cujacij. lib. 15. observat. cap. 10. dum probat emendandam esse in eo textu d. bonis collatis, et legendum esse ita, alia causa est eorum, que ~~in incerta~~ die. Quae quidem emendatio confirmari potest ex multis traditis ab eodem lib. 1. observ. cap. 38. Revardo lib. 4. variorum. cap. 2. Petro Fabro lib. 1. semestrium. cap. 2. Vere dicendum est quod quamvis regulariter dies certus non soleat cessionem legati impedire l. si dies. 21. quand. dies leg. ced. cum similibus, tamen cum servo sine libert. in diem certum a domino legatum relinquitur cessio suspenditur. d. §. cum lex. vers. alia causa, ratio est quia extra speciem de qua disputamus dies certus intelligitur solutioni legati adiectus ut legatum valeat, et legatarius possit ad heredes transmittere legatum si ante diem decesserit. d. l. unic. §. cum igitur: nec eo casu frustra adijcitur dies legato, sed ut heres medij temporis fruatur interusurio. l. Publius. 32. §. 1. de cond. et demonst. l. ex his. §. 1. quand. dies legat. que omnia in specie relata d. vers. alia causa. diversa sunt, nam si dies videretur solutioni adiectus, et cessionem non impediret nec legatum consisteret, nec legatarius illud consequi posset, sed inutile foret, cum hereditati acquireretur per servum in cuius dominio reperiebatur post mortem domini antequam dies libertatis cederet, atque ita in herede futuro post acquisitam hereditatem consisteret ius debiti. Igitur interpretamur testatorem voluisse non ante legatum cedere quam dies certus legato adiectus veniat, ac per consequens, et si libertas eidem servo in diem

incertum

incertum et sub cond. relicta proponatur, si cond.o et dies
incertus extitit antequam dies certus legati legatum utile
sit, cum ab herede domini legat.o libero facto debeatur:
maxime quia cum servo heredis legatur ut in §. [illegible]
alia causa, non potest dici quod medio tempore interueniens le-
gatum in diem certum relictum fuisse, nam et si quo pro
solutio fieret idem et heredi, et solutum, et exactum
legatum fuisset, atque ita nihil eius interest ex sua persona
et servi legatarii legato fruatur.

Tandem ex eodem filo

N. 14

interpretandus venit singularis textus in L. si optio. 13. in
pro. de opt. legata. ubi optio servi legata mihi proponitur
et Sthico ab eodem testatore domino aliquid legatum sine libert.
in qua specie inquit Consultus tunc sequens legatum (id est
Sthico relictum) consistit cum tota familia ad unum Sthicum
reducitur, quasi pure legatum foret relictum, quod intelligendum
est ex supradictis quando ante aditam hereditatem ad unum
Sthicum tota servorum familia redacta fuit ut recte conside-
rat Acc. [illegible] recederit, et comprobatur ex eodem textu ibi quod
potest etiam ante aditam hereditatem etiamsi statim decesserit
familia minui, alioquin cum optio servi legatur singuli
servi legati videntur sub condit. si optauerit legatarius. text.
legata leg. 3. quid et aqq. quae quidem conditio ante adita
hereditatem impleri non potest. [illegible] L. Julianus. 10. de leg. 1.
Leg. si duos. 11. L. opt. 16. de opt. leg. de quibus [illegible]
videndus est late Bened. Pinell. Lib. 2. Selectar. cap. 16.
n. 29. Ergo cum legatum servi si eidem a domino aliquid
fuerit relictum cedat ab adita hered. L. un. §. in nouissimo
C. de cad. toll. Prius cedit dies legati servo relicti quam
optionis; nam legatum servo relictum cedit ab adita hereditate

Servus autem non antea ad legatarium optionis pertinet, quam cum optaverit post aditam hereditatem quo casu inutile legatum est servo relictum, nec in herede obligatio iuris, et emolumentum legati convenit contra supra dicta ex L. cum legato §. quando dies leg. ced. ab initio vero ideo legatum servo relictum in d. L. si optio inutile non fuit, quoniam contingere potuit ut ante aditam hereditatem tota familia servorum ad unum Sthicum cui legatum erat reduceretur quo casu quasi pure Sthico fuisset legatum relictum servo substineretur, quoniam tunc non concurrit legati acquisitio et obligatio iuris in eadem persona siquidem eodem tempore at ab adita hereditate et servi legatum, et relictum a domino servo cedit, quo casu ut substineatur legatum prius intelligitur data libertas, quam legatum servo ut supra diximus. Neque obstat regula Cat. quia non pertinet nisi ad ea legata, quae a morte testatoris cedunt. L. 3. de reg. Cat. quae omnia intelligenda in herede extraneo testatur consultus in d. L. si optio. Diversum autem esse in herede suo aut necessario in quo familia minui non potest ante aditam hereditatem, cum in illis heredibus aditio hereditatis non requiratur, sed repente et subito heredes a morte testatoris inveniantur, ac per consequens ratio supra tradita quare ab initio legatum servo relictum in d. leg. si optio substineatur in suis aut necessariis heredibus locum non habeat.

N. 15. Deinde ex 3° dicto requisito necessario ad aditionem et acquisitionem hereditatis videlicet delationis integrandae venit introducere venit textus difficilis in L. 2. §. illud potest quaeri. de hered. et act. vend. ubi Ulpianus inquit quod si impuberi exheredato substitutus fuerit institutus heres

ipsius hereditatem

exque hereditatem testatoris distraxerit magis esse ut impuberis hereditas venditione non contineatur nisi quid specialiter actum fuerit quo casu impuberis hereditatem in venditionem venire affirmat, maxime inquit si iam delata impuberis hereditas est. Igitur et viventis hereditas et que nondum delata reperitur ante delatam que acquiri valeat contra supradicta et in ipso contra legem l. illo tt. siquidem dictio illa maxime significat hereditatem etiam impuberis non delatam in venditionem venire, nam dictio illa implicativa est casus maioris dubitationis, bonus textus in leg. pro herede. 20. §. si quid tamen in fine. ff. tt. ubi notat Iason in pro. et videndum est pro eo textum eleganter Cuiac. lib. 20. quest. Pap. in l. si patronum. 55. ad Trebell. glossa verbo existimari. ad finem. in §. ubi ad leg. Aquil. exornant cum multis Barbosa de clausulis verbo maxime. Cenedo singulari. 37.

existimari

N. 16.

Qua in difficultate Acc. in d. §. illud. glossa verbo maxime probat textum illum dupliciter intelligi posse. 1° dictionem illam maxime supervacuam, supervacue adiectam ac per consequens delendam et tollendam esse, et legendum ita: si iam delata cum simile exemplum proponit in l. ult. §. 1. C. de testamentum manum. ibi: maxime cum sex videlicet creditorum hec interponitur, viridis seqq. Hec tamen interpretatio contemnenda est contra fidem omnium pandectarum scripta in qq. dictio illa maxime in eo textu invenitur. Quare idem Acc. secundo loco inquit textum illum intelligendum iuxta regulam legis in modicis. 24. de contrah. empt. ubi res que per se vendi et distrahi non potest accessionis iure cum alia, que distrahi potest utiliter distrahitur ac per consequens ab instituto herede recte vendi posse

hereditate impuberis nondum delatam accessionis iure cuius hereditatem paternam iam delata. Et hinc intrepide secunda Accursij sententia nonnullis communicat quoniam hereditas impuberis nondum delata, non tam extra commercium est, ut res sacra et locus religiosus de quo in d. leg. in modicis, quam nulla L. 1. de hered. et act. vend. et quia in rerum natura non sit quod venierit: L. 1. pro herede. L. qui superstitis. 93. L. nemine. 27. ff. tit. Venditio autem sine re, que veneat nullius momenti est. L. nec emptio. ff. de contrah. empt. L. cum hereditatem. 7. de hered. et act. vend. Igitur nec tanquam principalis, nec ut accessoria hereditas viuentis, que nulla est, nec delata vendi potest, cum non entis nulle sunt qualitates lung. tex. in. L. 1. de usufr. legat. ita intelligendum cum Donello lib. 4. comment. cap. 5. exornat multis Ant. Fab. in rationalibus ad leg. 1. et d. lege. 2. §. illud. de hered. et act. vend.

N. 17 Vnde magis placet intrepide subtilissimi Antonij Fabri ubi proxime qui existimat ex natura rei et secundum legem d. §. illud. dictionem illam maxime de qua hic non esse accipiendam pro ampliatiua maioris dubitationis, sed potius pro restrictiua siue explicatiua ita maxime si iam ei delata impuberis hereditate venierit, id est, et si iam ei delata impuberis hereditas fuerit, quemadmodum nonnullis probat dictionem illam usurpatam in d. L. vlt. §. 1. C. de testam. man. pro qua parte, et doctrina citra Ant. Fabrum obseruo et expendo quedam iura in quibus dictio illa maxime restrictiue usurpatur contra propriam eius significatum. Primum in L. usucapionem. 9. de usucap.

ibi Vsucapionem recipiunt maxime res corporales, quae
quidem dictio maxime non intelligitur implicatiua ma-
ioris dubitationis, alioquin et incorporales res potuissent
usucapi. contra reg. leg. ult. de seruit. Leg. seruus. 43.
de acq. rer. dom. Leg. sequitur. 4. §. si viam. de
usucap. sed potius intelligitur restrictiue ita usucapionem
recipiunt ut res corporales, quod verissimum est regu-
lariter. Licet quaedam sint res corporales quae usucapionem non
recipiunt de quibus in d. l. usucapionem atque ita intelligitur est
textus in d. l. usucapionem. Licet Cuiacius. 8. existima-
uerit emblema fuisse Triboniani dictionem illam maxime
propterea quod ex const. Iustiniani seruitutes usucapiuntur
quod idem probat procedere in l. 4. §. 1. de usucapionibus
l. 6. et maxime miles ubi in posthumis ad eum textum
idem animaduertit. Ceterum omisso Cuiacio in illo textu
vera similiter procedit obseruatio ut dictio illa maxime
intelligenda sit restrictiue ita, ut et miles, nam pagano
filiusfamilias nihil sibi possidere aut acquirere potest per
usucapionem nec alio modo solum etenim filiusfamilias miles
castrensia, et quasi castrensia bona fide usucapere potest. quo
modo intelligendus est textus in d. l. 4. §. 1. Similiter
ex eisdem venit improbandus Accursius in d. leg. usucapionem
verbo maxime ubi probat dictionem illam superuacue adiectam
fuisse in eo textu et in l. 2. si quis omissa caus.
testam. Sed verior sententia est dictionem illam usurpandam esse
eo sensu ut si lucratiuam causam etc. nam in ea specie
humanior sententia est ut possessor hereditatis conueniatur
cum nihil dederit pro hereditate alias vero si aliquid
dederit heres conueniendus est, de cuius textus intellectu et con-
ciliat. cum l. ult. illo tit. videndi sunt Bened. Pinellus

Lib. 1. select. cap. 4. ex n°. 32. Julij Pacij legum con-
ciliatarum cent. 5. q°. 99. Rursus pro hac observat.
expendo text. in L. 4. §. 1. si quis omissa caus. test.
ib. Et maxime si subveniendam iudicia id fecit iuncto
pro. eiusdem legis ib. Et ideo si liquido constiterit etc.
Sandez eodem modo intelligendus e. text. in. L. liberis
7. de lib. caus. ib. liberis etiam hominibus maxime si
maiores etc. id est. At si maiores, alioquin text. ille
minime conciliari possisset cum regula iuris de qua in
L. 1. qq. de libert. proclam. non licet.

N. 18.

Tertio ex supra
dicto requisito ad acquirendam et ommittendam hereditatem
necessario infertur utiliter in suis heredibus nullam
esse acquisitionem et repudiationem hereditatis, nam cum pre-
cedere prius debeat ut hereditas, et delatio heredi-
tatis inveniantur in suis neque hereditas, nec heredita-
tis delatio reperitur, nam ut eleganter aiebat Simachus
Lib. 1. Epist. Epist°. 15. heredes sui gignuntur non
scribuntur, cum non hereditatis persona ficta a iure civili fue-
rit introducta ut defuncti refferret personam, ac perinde
ab ea quasi ficta dominium rerum hereditariarum post
mortem usque ad aditum retineretur ac a defuncto. L.
Liber homo. 13. §. si servus hereditarius. ad leg. Aquil.
Leg. non minus. 31. §. 1 de her. inst. L. si is qui
pro emptore. 15. in fine principij. L. heres, et he-
reditas. 22. de usucap. L. hereditas. 9. C. de posit. L.
nihil aliud. 24. de V. S. cum simmillibus de qq. late Dua-
ren. ad nrum titulum cap. 1. Cujac. Lib. 5. quest. Papin.
in. L. hereditas. 50. de petit. hered. Donell. Lib. 6.
comment. cap. 2. Ant. Fab. in Papiniana tit°. 2. pro. illat. 3:

Et de enormi

et de errorib. decade. 27. errore. 1: Unde eleganter Pap.
scripsit in d. Leg. hereditas. 50. de petit. hered. hereditate
tem etiam sine ullo corpore iuris intellectum habere; Et he-
reditatem incorpoream esse. Leg. 1. §. 1. de rer. divis. l. inst.
de reb. corporalib. et incorporalib. bonus tex. ita intelligendus
in leg. Pomp. 8. de rei vendicat. ubi hereditas non potest
possideri pro diviso, quoniam pars pro diviso est corporalis
melior tex. in. Leg. cogi. 16. §. unde queritur. ad Trebell.
ubi si quis rogatus fuerit hereditatem restituere deducto
ere alieno, et legatis et oneribus inanis dicitur illa deductio
nec compleri potest, quia ex iure quod est hereditas quan-
titas non potest deduci, sed ex bonis corporalib. unde bona
intelliguntur deducto ere alieno. Leg. subsignatum. 39. §. bona
de. V.S. Ceterum etsi hereditas incorporalis sit intellectus
tamen corporis habet iure civili introductum representatio
est defuncti. Igitur cum in suis heredib. continuatio
dominij reperiatur. Leg. in suis. 11. de lib. et posth.
hereditas sive persona ficta non est necessaria, quod quidem
procedit propter vinculum patrie potestatis ex quo pater
et filij persona una et eadem censetur. Leg. ne cum filio.
De furtis. 16. de furtis. l. ult. C. de impuberum. l. cum servus. §. 1.
C. de agricolis, et censitis. Lib. 11. §. ei vero. inst.
de inutilib. cum similib. et quia eodem vinculo ad de-
bitam successionem parentum sui heredes invitantur. d. leg. in
suis. Leg. nam etsi. 15. de inoff. test. l. scripto. 7. unde
liberi. Leg. cum ratio. 7. de bon. damnat. unde sui dicuntur
quasi sui heredes sibique succedere ipsis videantur. d. Leg.
cum ratio. Igitur nulla hereditas iacens in suis heredib.
consideratur in qua persona ficta ad continuationem et retentionem
dominij necessaria non est. Unde post mortem parentum

liberam potius bonorum administrationem quam hereditatem aut successionem consequuntur. leg. 1. §. 1. pro donato. circa cuius rei exornationem cummullarunt multa Petrus Greg. lib. 42. sintagmat. cap. 35. nº. 22. Forcatulus. dialogo. 36. nº. 2. Conanus. lib. 10. comment. cap. 2. Loriotus de iuris arte. axiomate. 3. cap. 66. Othmanus lib. 9. obserbat. cap. 10. Ant. Fab. in Papin. titº. 2. pro. 2. illat. 3. Maneat igitur illa certissima differencia inter suos extraneos, et necessarios heredes in proposito, quod in suis neque hereditas datur nec delatio, neque acquisitio hereditatis. In extraneis vero et hereditas, et delatio, in necessariis autem unum et idem instans reperitur delatae et acquisitae hereditatis. delatio enim necessaria est in his qui vivo domino nihil hereditatis aut alterius rei dominium habere possunt, qui nec caput aut personam intelliguntur habere. L. 3. §. ultº. cum leg. seqq. de capit. minut. vulgata lege. quod attinet. 32. de reg. iur.

N. 19.

Unde infertur explicatio ad celebre Consulti responsum in. L. si post mortem. 63. §. 1. de leg. 1. ubi si servus testamento domini in quo extraneus heres institutus fuit libertatem acceperit, et aliquis eidem servo fundum post mortem domini legaverit, fundus legatus non ipsimet servo, sed hereditati iacenti domini, et per eam heredi acquiritur, ratio est nam cum dies legati fundi cedat statim post mortem domini, libertas vero servo relicta non nisi post aditam hereditatem. L. heredis. 7. cum segg. quand. dies leg. ced. L. unª. §. in novissimo. C. de cad. tollend. Sequitur ut non ad servum, nondum liberum factum, post mortem domini ante aditam hereditatem sed ad iacentem hereditatem, pertineat. Subiungit postea Consultus quod si suus heres vel necessarius existat in supradicta specie legatum fundi ad servum liberum factum a morte testatoris expectet, nam cum nulla

iacens hereditas

iacens hereditas sit, nullumque instans intercedat inter mortem domini, et existentiam heredis sui aut necessarij, concurrit in unum, ut et dies libertatis et legati fundi cedat à morte testatoris, quo casu probabilius dicitur ad ipsum potius cui relictum est, quam ad heredem pertinere ut ita voluntas testantis in specifica forma impleatur

N. 20. Ceterum adversus hanc doctrinam plura insurgunt iura quae superiorem traditionem depromptam ex bene ordinata iurisprudentia suspectam reddunt, et primo expendo textum valde obscurum in l. 1. §. si pater. ab hostibus. ad S.C. Sillan. ibi quod etiam post mortem patris probat, si antequam eius suus heres existat occisus sit. Ergo post mortem patris datur, et consideratur instans quo suus heres patris non sit = Pro cuius difficultatis explanatione Bart. in l. ult. n.o 5. de cond. instit. plures casus distinguendos probat, ceterum in d. §. si pater existimat textum illum intelligendum inspecto iure praetorio quo iure inter mortem patris, et aditionem sive immixtionem datur medium quoddam cum eo iure potuisset filius se abstinere sicut extraneus repudiare. leg. 1. §. qui sunt in pot. si quis omissa causa test. leg. necessarijs. 57. ff. tit. absentem suus non magis heres erat eo iure quam extraneus, qui repudiavit. leg. 2. §. liberi vers. et si sunt sui. ad Tertullianum. Igitur iure civili propter continuationem dominij non datur instans post mortem patris, et existentiam sui heredis secundum nostram doctrinam iure tamen praetorio pendet ab immixtione vel abstensione utrum suus heres fuerit, atque ita interpretanda sunt verba illa d. §. si pater. ibi si antequam eius suus heres existat. cum Bart. ibi

N. 21. Hec tamen in textu quamvis certissima videatur tamen ex rudimentis iuris facille convincitur, quoniam beneficio pretoris abstensionis in suis heredibus tollitur necessitas non vero suitas, ac per consequens abstentus nihilominus heres suus manet. L. cum quasi. 30. §. ad etri. de fideicom. libert. d. Leg. necessarijs, et merito nam suus heres deterioris erat conditionis iure civili quam extraneus siquidem patris obligationibus invitus adstringebatur, cum non solum suus verumetiam necessarius erat, quod quidem pretori durum visum fuit, ut suitas introducta in favorem sui heredis in eius damnum retorqueretur, contra regulam legis, quod favore. C. de legibus. Ergo necessitas sublata fuit a pretore non vero suitas.

N. 22. Quare alijs silentio omissis extitimo textum illum intelligendum in prima parte de filio eius, qui apud hostes est occisso in qua sic queritur utrum servi patris in caput filij occissi torquendi sunt pro detegenda morte ex S.C. Sillaniano, et inquit ulpianus servos torquendos esse, ratio est, quia sive pater revertatur, et filius in potestate mortuus censeatur, post liminium locum habet senatusconsultum. d. Leg. 1. §. dum appellat et filiusfam. illo titulo. sive apud hostes decesserit pater multo certius, cum per leges Cornelias a tempore captivitatis filij dominum servorum habuissent. Mox subiungit in 2a parte. d. §. si pater ulpianus quod etiam post mortem patris probat, si antequam etiam suus heres existat occissus fuerit, At si occissus fuerit filius vivo patre, ac per consequens antequam suus heres fuisset quo casu post mortem patris ideo torqueri possunt servi paterni in caput filij occissi, nam in Sillaniano dum appellatur liberi, qui in potestate sunt continentur, d. Leg. 1. §. dominum. Ratio autem dubitandi fuit, nam cum de questione servorum agitur

post mortem

post mortem filij et patris servi non erant filij neque ex
persona propria, nec ex persona patris ut in d. §. Nihilominus
tamen quoniam secessus fuit filij vivo patre Senatusconsultum
locum habet ex d. leg. 1. §. Dominus. Et ita existimo
intelligendum textum in d. §. si pater. Ultra omnes quod
videam.

Unde in proposito nostro maxime laudandus est Acc.
in d. leg. 1. §. idem. Scaevola. ad Sillan. verbo institutus,
dum probat, Ulpianum d. variasse speciem de qua in proxi-
mo §. si pater, et intelligendum in filio emancipato insti-
tuto, in quo certum est libertatem relictam servo a domino
non cedere ante aditam hereditatem, alioquin si Ulp. lo-
queretur in suo cederet a morte testatoris. d. leg. si post
mortem. §. 1. de leg. 1.

N. 23.

Secundo adversus supra traditam
doctrinam occurrit obscurum nimis Africani responsum in
leg. eius qui in provincia. 41. §. quod si stipulatus. de
rebus cred. ubi si Stichus post mortem domini a quo liber
et ex parte heres scriptus ignorans mortem domini, et inter
pecunias credidit sub usuris (cum praepositus in id fuis-
set a domino) et sibi dari stipulatus fuerit hereditati acqui-
ritur, quod stipulatus fuit, quia sicut nobis metipsis per eos
qui liberi et alienum servi bona fide serviunt ex re nostra
et ex operis suis acquirunt, vulgata iura in leg. acqui-
ritur. 10. l. qui bona fide. 23. de acq. rerum dom. l. li-
ber homo. 20. de stip. servo. ita simili illi hereditati
ex re hereditaria per hunc servum ex testamento domini liberum
sed tamen, qui per ignorantiam bona fide servit stipulationis
commodum quaeritur. Ergo in necessarijs heredibus non est
idem instans delatae et acquisitae hereditatis alioquin

N. 24.

hereditas iacens non fuisset cum stipulationis commodum quaesitum foret, sed eidem servo libero iam facto, et haeredi a morte domini.

N. 25. Cui difficultati Acc. noster. §. vero acquisisse ex actionis vent. probat verba illa hereditati eum acquisiisse refferenda ad coheredes Stichi pro eorum portionibus ut sensus sit servum in ea sua institutum ex parte et liberum factum hereditati acquirere, quod post mortem domini sibi dari stipulatus est, non pro parte sua, pro qua eum statim a morte domini liber, et heres fuerit sibi potius quam hereditati acquirit, sed pro parte coheredum in quorum aditione necessario fuit ut sibi acquireretur, quod evidenter colligitur ex verbis seqq. Africani §. post aditam vero hereditatem a coheredibus d. ubi post aditam hereditatem a coheredibus non idem dici potest, quoniam iam nulla est hereditas, cui stipulatio acquiratur, sed heredibus, quibus minime quaerita si cognoverint Stichum illis coheredem datum, quoniam tunc non possunt videri bonae fidei possessores esse, qui nec possidendi animum habuerunt.

N. 26. Subiungit Africanus in ultimis verbis. d. leg. eius qui in provincia quod si proponatur coheredes Stichi eius institutionem ignorasse (quod forte ipsi quoque ex necessariis fuerint) potest adhuc idem responderi, quo quidem casu illud eventurum ut si suae conditionis coheredes Stichus habeat invicem bona fide servire videantur, quae verba §. idem responderi non sunt refferenda ad proximam, et immediatam speciem de coheredibus extraneis, qui cognoverunt sibi datum coheredem Stichum sed ad primam de hereditate iacente. Igitur tota difficultas Africani in ea parte d. Stichum servum heredem scriptum ex parte

a domino hereditati

hereditati acquirere pecuniam creditam, quam stipulatus fuit sibi reddi, quoniam, sicut nobismetipsis ex re nostra per eos qui liberi et alieni servi bona fide serviunt acquiritur, ita hereditati quoque ex re hereditaria ex qua parte singulariter observandum est, quod liber homo et alienus servus ut acquirat ei ex cuius re stipulatus est non requiritur quod ab eo bona fide possideatur, sed quod bona fide ei serviat. L. acquiritur 10. cum relatis supra. de acq. rerum domin. nam Sthicus nullo modo ab hereditate possidebatur in d. leg. eius qui in provincia. Leg. 1. §. Sequitur. si is qui testam. lib. esse cum infra cummullandis.

Post aditam vero á coheredibus Sthici hereditatem dum eius testamentum Romae recitatum fuit distinctio in hac specie ab Aphricano proponitur, utrum coheredes extranei sint in quorum aditio desideratur, quo casu illis non queritur, quod sibi Sthicus dari stipulatus fuit ex pecunia hereditaria quam crediderit utique si scierint eum sibi coheredem datum, quoniam tunc nec bonae fidei possessores possunt videri, nec servus illis bona fide servire ubi eleganter, et subtiliter Ant. Fab. in rationalibus ad eundem textum vers. post aditam. animaduertit, verba illa Aphricani. §. utique si scierint dicta accipienda ac si scripta forent utique, quia scierint, et ita, cum utique scierint, caveat, nam coheredes extranei ex partibus scripti non poterant ignorare coheredem Sthicum sibi datum siquidem ante apertas tabulas non poterant hereditatem adire, cum non aliter valeant acquirere, quam si de iure suo certi sint, et ex qua causa illis fuerit delata hereditas. L. is qui putat. 19. cum quatuor. sequentibus leg. si is ad quem. 22. L. heres. 32. L. cum qui. 51.

N. 27.

cum alijs multis. h. tt. ideo lex Julia, et Papia de caducis ad heredes extraneos ex partibus scriptos non etiam ad necessarios heredes pertinebat, ut colligitur eleganter ex. d. lege eius qui in prou. vers. quod si proponantur iuncta lege unica in pr. C. de cad. tollend. melior textus in. L. ex parte. 58. h. tt. Igitur si coheredes sunt necessarij quoniam ab initio a morte testatoris etiamsi ignorauerint institutum quasi inuicem bona fide seruientes acquirunt quod ab unoquoque quesitum fuerit, ut eleganter Africanus concludit in ultimis verbis. d. leg. eius qui in prou.

L. ex parte. 58. h. tt.

N. 28.

Tertio aduersus relatam doctrinam qua diximus in suis heredibus non esse hereditatis delatum, nec medium inter mortem, et acquisitum hereditatis, sed potius continuatum dominij facit celebre Papiniani decretum in. L. ult. de cond. inst. vers. altera vero species, ubi filius in potestate paterna institutus proponitur a patre sub cond. potestatiua, que impleri poterat adhuc eo moriente in ultimo vite spiritu etiam per alium, velut si decem dederit, in qua se inquit Pap. nepotes non fuisse heredes suo filio, et post mortem eius suos heredes fieri auo, nec enim, inquit, filius videtur obstitisse. post cuius mortem patris testamentum destitutum fuit, quemadmodum si exheredato filio nepotes cum filius moreretur heredes fuissent instituti in hec verba. Cuiac. Lib. 13. quest. Papin. in d. leg. ult. inquit labem esse, orationemque Papiniani deminutam, et legenda esse illa verba, ita quemadmodum si exheredato eodem filio nepotes et heredes instituti postea repudiassent, et species legis. L. 8. sciendum. de suis, et legitim. hered. ubi pater filium exheredauit, nepotem preteriuit, (neque enim debuit eum instituere et exheredare cum a patre precessus non erat suus) extraneumque

scripsit heredem

heredes quo deliberante filius decessit, mox extraneus
repudiavit, atque ita exheredatio nullius momenti fuit, inquit
Lex quod neque suus heres, neque avo ab intestato, nec obijcitur
ei filius, quoniam tempore delatae hereditatis filius non
erat in rebus humanis, quod idem habetur in leg. si quis
filio. §. de iniusto rupto. Ergo in suis heredibus
datur delatio hereditatis, et tempus inter mortem, et
acquisitionem.

N. 29.

Qua in difficultate breviter ut ad alia per-
veniamus, dicendum est hereditatis nomen in iure nostro non
semper usurpari pro persona illa ficta a iure civili in-
troducta pro representatione defuncti, retentioneque bonorum
sed aliquando pro ipsis bonis hereditarijs quo sensu
dicitur suos heredes immiscere se hereditati et ab herede
abstinere. L. 3. §. scio. de minoribus. L. si duo. 38. L.
proxime. 44. L. necessarijs. 54. ff. eod. notant Doct. ad rubr.
titulum. cap. 2. nu. 23. antecessor noster. d. cap. 1. nu. 13 ita
similiter dicitur delata hereditas filio, aut nepoti suis
heredibus in d. iuribus, id est patrimonium, aut bona ex contin[illegible]
dominij acquisita. in d. §. secundum. in d. leg. si quis filio
in. L. si quis posthumos. 9. §. si filius. de lib. et posth.
in. L. scripto. 7. unde liberi, cum enim duo in solidum non
possint dominium eiusdem rei habere. L. 5. §. si duobus. com-
modati. merito filius exheredatus excluditur a dominio bonorum
paternorum adita hereditate ab extraneo herede instituto, in-
terim tamen ante aditionem in suspenso est, nam exhereda-
tio aditione hereditatis confirmatur, repudiatione evanescit. L. filium
20. §. id cum exheredatio. de bon. poss. contra tabul. L. 3. §.
filius in fine. de lib. et posth. merito in d. §. secundum
et similibus, relatio inter mortem patris, et [illegible] dominij

in suo herede datr medium tps suspensivum. Ceterum ex eventu colligitur in d. verb. nepotem, non filium fuisse heredem suum a morte avi, nam fictio illa ut destituto testamento ab herede scripto suus heres intelligatur quis a tpore mortis habet locum in ea pro que in rebus humanis reperitr, cum bona deffenientis cum libera administr. ex nata fictionis retrotractione L. huic scripturae. ad leg. Aquil. L. quod si filius. 11. de captivis.

N. 30. Nec obstat textus Exq difficillimus in. L. si exheredatus. 10. ad Sillanianum. quoniam in eius spe questio de servis habetur, non quia filius exheredatus ante repudiationem heredis occisus suus censeatur repudiata postea hered. ab herede, sed quia ipsius essent servi si occisus filius non fuisset, atque ita oia perinde observanda sunt ac si occisus non foret, nam occisio non debet prodesse servis, sed potius nocere, ut ita dnorum securitati magis consulatur. L. 1. §. idem Scevola. ad Sillan.

N. 31. De questione illa utrum in suis heredibus locum habeat usucapio pro herede adversus et contrariatur legis. 2. §. filius. pro herede. cum leg. mi filii. 2. C. eodem. videndi sunt. Richardus in. §. sui autem. I. de her. qualit. ex n. 38. Sarmento. in d. leg. in suis. n. 5. Pinellus in rubr. C. de bonis matern. 2. p. ex n. 37.

N. 32. Preterea ex sup. dicto requisito necess. ad utilem acquisitionem et repudiationem hereditatis infertur intextu ad textum in. l. 1. §. 1. de cond. causa data. in. L. in summa 65. §. sed agere. de cond. indeb. ubi si heres institutus fuerit sub cond. v. g. si Titio centum dederit, conditioniq. paruerit, si postea hereditatem adire noluit et non potuit, repetere valet

quod

quod dedit condit. sine caa, et indebitum, quia non contrahendi animo dedit, sed ut hereditatem acquireret, quippequia, quod conditionis implende caa datur, non ideo tantum datur ut conditio impleatur, verumetiam ut acquisitio sequatur per quam impleri conditionem oportuit, neque enim conditionis implementum sufficit ad acquisitionem, sed tantum ad hoc ut hereditas delata, et legatum ut acquiri possit. Leg. ei qui 13. in fine. de cond. inst. Quod adeo verum existimo ut etsi conditio impleta fuisset animo adeunde hereditatis, nihilominus acquisita non censeatur, immo repudiari possit, et repeti, quod conditionis implende gratia datum fuit (quidquid contrarium existimauerit Bart. in d. Leg. 1. §. 1) quoniam nec fieri potest, ut quis impleat conditionem adeunde hereditatis animo ut hoc ipso ex adimplemento conditionis hereditatem adire videatur, cum hereditas impossibile sit quod adeatur ante quam delata sit ex nostro requisito. Leg. 1. cum duabus seqq. de petit. heredit. Delata autem hereditas relicta sub condit. non potest videri antequam conditio impleta sit. L. ei qui. 13. h. tit. Leg. facta. 63. §. si sub condit. ad Trebellian. conditio vero non censetur impleta eo momento quo impletur, aliud enim est conditionem impleri, aliud impletam esse arg. Leg. in. L. gen. de donat. inter virum. Leg. cum fuerit 15. de cond. et demonst. iunctis traditis pro eorum intellectu explicat. ab Ant. Fabro. Lib. 19. coniecturarum cap. 1. quod quidem certissimum est nisi in ipso implemento conditionis antequam impleta sit, gestio pro herede inueniatur ut in specie Leg. difficilius in. L. Antiquis. 61. h. tit. At quando instituitur heres sub condit. si iurauerit se heredem esse ut excludatur dolus, et fallacia quorundam

qui ex protestat. voluntatem non habent acquirende hereditatis etiam prolatis verbis erectioris. L. qui in aliena .6. §. ult. ff. tit. et ita intelligendum esse tex. in d. Leg. Antistius. observat Ant. Fab. in rationalibus ad d. Leg. 1. §. Licet aliter Cujac. Lib. 5. observat. cap. 1. Duarenus ad titul. de cond. inst. cap. 4. et 5. Donellus. lib. 8. coment. cap. 32.

N. 33.

Unde Consultus Paulus Lib. 3. ad Sabinum. in L. 5. §. Vlo. item servus. de cond. et demonst. eleganter docet filiumfamilias, aut servum sine iussu patris vel domini conditionem implere posse, quia eo facto nemo fraudatur, licet enim filiusfamilias vel servus non valeant hereditatem acquirere sine iussu patris vel domini, ne hereditariis debitis pater et dominus inviti reperiantur obstricti. L. qui in aliena. 6. L. si quis mihi bona. 25. §. iussum. ff. tit. tamen cum hereditas antequam delata sit inutiliter acquiratur, et ante impletam conditionem delata non censeatur ex supra dictis, sequitur ut sine iussu domini vel patris possint filius, et servus conditionem implere, quia ex adimpletione pater nec dominus obligentur exornant Costa. Lib. 2. selectarum cap. 3. Cujac. in L. verba hec. 12. de cond. inst. et Lib. 2. observat. cap. 16. Pichardus in §. ita demum. nº. 25. I. de her. que ab intestato. Donellus Lib. 8. coment. cap. 33. Ant. Fab. de erroribus. decade. 31. errore. 8. ex nº. 5. in fine Petrus Faber. in Leg. Pupillus. 8. de reg. iur. Galganetus de condit. 2. p. cap. 1. q. 98. nº. 2. Greg. Lopez. in L. 15. tit. 4. part. 6.

N. 34.

Verumenimuero Modestinus graviter insurgit in. Leg. sub cond. 25. de cond. inst. §. sub conditione heres servus institutus sine iussu domini conditioni parere non potest. Igitur in conditionis implemento acquiritur hereditas

ante

ante impletam conditionem, et hereditatem delatam, alioquin frustra iussus dominum necessarium esset, quod idem patrio nostro iure confirmatur ex Leg. 15. tit. 4. part. 6. = Quarta difficultatem extollunt et illustrant interpretes Accursiam, Bart. Alberic. Alexand. Cumanus. Castr. et ceteri in d. Leg. 5. et ultra relatos proxime Acazius Respons. in d. l. 5. ex. nº. 141. Omnissis tamen pluribus interpretibus Cujac. d. cap. 16. probat in d. Leg. 25. tollendam esse negationem, et legendum conditionem parere potest quod idem laudat Ant. Fab. de error. decade 31. errore. 8. Communior et receptior doctrina est cum Acco, ut textus in d. Leg. 5. intelligatur in conditione faciendi ut colligitur ex verbis ultimis. §. hoc enim facto nemo fraudatur; textus vero in d. leg. 25. in conditione quae in dando consistit, ratio differentiae est, quoniam licet acquisitio hereditatis ex adimplemento conditionis non sequatur sive in facto sive in dando consistat, tamen conditio patris deterior efficitur in deminutione peculii si filius aut servus conditionem in dando adimpleant contra reg. textus in l. melior. de reg. iur. cum traditis ab scribentibus. §. Ripparino in l. 1. nº. 22. de verborum. quam conciliationem cum Acco in d. Leg. 5. sequuntur Accursiam interpretes et relati supra: et fulcitur quoniam in d. Leg. 5. vers. item servus. continuatur species in pro emendis textus proposita de conditione pupillo adscripta, quae intelligenda est de conditione quae in facto consistit, sicut in leg. si pupillo. 26. de cond. inst. nam conditio, quae in dando consistit non potest impleri a pupillo sine tutoris authoritate dare enim translationem dominii significat. §. sic itaque. cum seq. instit. quibus. al. de actibus, pupillus autem sine tutore non potest nummos alienare. l. quod si forte. 13. §. ult. de solutionibus. quod simmiliter contingit. in l. ult. de precario

l. nam quomagis naturaliter de iunctis traditus a Cuj. Lib. 23. obserbat. cap. 1. sic simmiliter conciliánda sunt iura in lege possessionem 29. de acquirenda poss. cum leg. pupillus 11. de acq. rer. dom. ita ut pupillus sine tutore possit possess. naturalem de facto ammittere, non tamen in alium transferre siue alienare ex(pl)at Richardus in l. 5. nunc videndum. S. qq. alien. licet.

N. 35. Sed ecce adhuc contra omnia supradicta insurgit maxime Martianus ico. l. iam dubitari. 86. in fine. de her. inst. ibi. Sed et in ceteris conditionibus que in ipsorum sunt potestate, si sui pareant ius abstinendi assequi non debent. Ergo in ipso conditionis implemento aditio siue immixtio hereditatis reperitur. Cui difficultati pluribus omissis magis placet intrispo prima Accursij ib. gla. dbo non debent (quamuis ipsi displiceat). dicendum igitur est textum illum procedere in herede suo, et necessario in quo implementum conditionis facit eum heredem, non quidem vi conditionis implete sed legis potestate ut eleganter consultus raciocinatur in d. leg. 5. de cond. et demonst. Etenim cum implementum conditionis faciat ut hereditas et legatum pure relictum censeatur. d. leg. ei qui. 13. leg. si pupillus. 26. de cond. inst. sequitur ut sicut pure institutus suus heres statim reperiatur heres sine aliqua delat. hereditatis ita impleta condit. heres repenter appareat, quod in extraneo herede non procedit, nam impleta condit., etsi pure institutus videatur delata hereditas censetur, non tamen heres reperitur nisi post aditionem ut eleganter obserbant Costa d. lib. 2. selectarum cap. 3. Ant. Fab. de erroribus. decade. 31. errore. 8.

N. 36. Neque obstat aduersus hanc nostram certam intentionem quod in suis heredibus

eidem modo

eisdem modis immixtio fit, atque remoto familiae vinculo in extraneis gestio pro herede, sive aditio hereditatis text. singularis in leg. cum bonis. 86. ff. tt. atque ita suus heres impleta condit. immixtus censetur, alioquin beneficium abstensionis haberet. l. necessariis. 57. ff. tt. leg. ex contractu. de re iudicata, quod quidem negatur in d. leg. iam dubitari. Ergo et extraneus videtur pro herede gerere implendo conditionem. Et dicendum est subtiliter quod filius suus heres etsi impleta condit. heres fiat per legem non tamen immixtus censetur, sicut nec extraneus impleta condit. non videtur hereditatem acquirere ex reg. d. legis cum bonis; abstensio autem non tanquam immixto denegatur in d. leg. iam dubitari in fine sed quia pretoris propositum in beneficio abstensionis fuit ab oneribus non sponte susceptis filios liberare. l. si filius qui patri. 12. de vulg. plane institutus filius sub cond. potestativa implendo conditionem cum heres iure civili reperiatur sponte onera hereditatis suscepit ut testamentum impleat. l. 2. l. si iam facta. 11. §. ult. de cond. et demonst. ut eleganter explicat cum antiquioribus ab eo gestis. Costa. d. n.o 3. ubi eleganter similiter animadvertit n.o 2. Verba ultima relata supra. d. leg. iam dubitari intelligenda esse in filio pubere non et in pupillo instituto sub conditione potestativa rat. de qua d. per eum.

Superioribus maxime proprium et consentaneum est animadvertere conditionem non semper impedire hereditatis delatam ita ut conditionalis portio pendente cond. inutiliter acquiratur, aliquando enim pendente condit. ~~[illegible]~~ acquiratur delata censetur hereditas ut acquiri et repudiari utiliter valeat exempla sunt in leg. si quis ita. 53. et seqq. inst.

N. 37.

in leg. cum heres. 52. §. ult. ff. h. tit. in leg. in ratione 11. §. quesitum. in fine ad leg. Falcid. in quibus iuribus cavetur ut si heres ex parte pure, ex parte vero sub condit. instituatur nullo dato coherede aut substituto, adita port. pura pendente condit. alterius quoque partis conditionalis heres efficiatur unica adit., quia certum est omni eventu individuam representationem unius defuncti ad eundemque unumque heredem pertinere, sive existat, sive defficiat condit., neque enim spectandus est exitus conditionis cum nullus speratur effectus ac presens mortuo herede ante implementum conditionis pars quoque conditionalis ad heredes transmittitur quantumvis deffecta condit. Igitur portio conditionalis non solum pendente condit. verumetiam deffecta heredi delata fuit, cum in ea causa reperiatur ob necessitudinem individue representationis defuncti, ut heres adita port. pure relicta conditionalem quoque consequi non solum potuisset, verum debuisset ex reg. leg. 1. et 2. ff. tit.

N. 38.

Quod si ita institutus in parte conditionalem substitutum habeat, adita port. pura conditionalis non censetur necessario delata, cum alia pers. sit cui defferatur ex volunt. defuncti in deffectum conditionis. Leg. si te solum. 27. in prin. de her. inst.; si vero cond. extiterit non est necess. heredi nova aditio nam ex postfacto per conditionis existentiam apparuit illam portem conditionalem non diversum specialem a prima port. pura constituere, neque ad diversam personam expectasse, sed potius unum eundemque heredem eumdem testatoris imaginem representare. ut. leg. cum heres. §. ult. ff. tit. et conducit bonum text. in. l. si ex pluribus. 9. vers. alia causa. de suis et legitim. hered. ubi si institutus heres coheredi fuerit

substitutus

substitutus nunc ex subst.e vivo defertur hereditas licet si decesserit heredes eius non sequatur, expendo verba illa nunc enim vivo defertur ex subst.e hereditas que intelligenda sunt ommissa, aut non adita herede a coherede cui substitutus coheres proponitur, que delatio licet respectu gradus diversa sit a prima quoniam fuit ex gradu substitutionis, prima vero ex gradu institutionis respectu tamen hereditatis unica est, et ideo nova aditio necessaria non est quoniam apparuit ex eventu illum fuisse institutum heredem in parte pure, et ex parte sub condit.e si coheres heres non fuisset, nam substitutio in hac sp.o reperitur iuncta cum iure accrescendi ut subtiliter Afr. significat in leg. si quis heres. 35. ff. tit.o l. heres erit ex causa quoque substitutionis, quoniam invito quoque ei accrescit portio, talis enim subst.o appendix dicitur precedentis institutionis. d. leg. si quis heres. vss. idem dico. Ergo cum hec necessitas ex representat.e eodem iure oriatur sicut institutus ex parte pure, ex parte vero sub cond.e adita port.e pura statim heres fit ex conditionali ita etiam cum ex defectu substitutionis contingit idem procedit.

Sed ecce iam occurrunt plura non vulgaria que probare intendo supra dicta omnia falsissima videri et primo sequentem considerationem obiicio institutum ff. ex parte pure, ex parte sub condit.e nullo dato coherede aut substituto adita port.e pura non fieri heredem ex conditionali, nam si heres efficeretur adita port.e pura conditionalis transmitteretur in heredes mortuo ante existentiam conditionis herede ad legem. qui ex duabus 53. ff. tit.o quod falsum esse ex eo apparet, nam institutus ex p.e

N. 39

purê ex alia et sub condit. simmillis est ei qui coheredi substitutus est arg. text. in. l. 1. §. id quod ex subst. ad leg. Falcid. ubi disertis verbis id scriptum reperitur. Id cum coheres coheredi substitutus est si adita propria port. decesserit, et postea coheres repudiavit, portio ex substit. non transmittitur in heredes instituti, qui propriam port. quaesiuit expressa sunt iura in leg. toties. 81. ff. tit. in. d. leg. si ex pluribus. vers. alia causa. de suis et legit. hered. Ergo idem locum habet in herede instituto ex parte purê et ex parte sub condit.

N. 40.

Qua in difficult. ommissis plurib. interpraementis congestis ab antiquiorib. in. d. §. id quod ex subst. et ommissa interp. prima Acc. b. dicendum est simmillem esse causam eius qui heres institutus ex parte coheredi substitutus est cum eo, qui ex parte purê, ex parte sub condit. heres scriptus est in spe. de qua agitur in. d. §. id quod ex subst. (ut ammaduertit b. Acc. 2a interp.) scilicet ut omnium legatorum contributio fiat respectu totius hereditatis in Falcidiae deduct., ita ut si totius hereditatis quarta remaneat heredi legata debeantur integra, quamuis respectu portionis coheredis instituti et substituti non remaneat, quae quidem computatio in ea spe. facienda est perinde ac si heres institutus fuisset ab initio ex asse, et ex parte purê ex parte sub condit. nullo dato coherede aut substituto, quam interp. ita existimat Ant. Faber. lib. 4. diectarum cap. 13: Non tamen in eo simmillitudo proposita in. d. §. id quod ex subst. procedit ut sicut mortuo herede instituto ex parte purê, ex parte vero sub condit. adita port. pura conditionalis in heredes trans-

transmittitur

transmittit. d. leg. qui ex duab. de contingat in instituto ex parte puro cohæredis ex alia parte substituto nam si is decesserit post aditam portem propriam ante repudiatam cohæredis sua hæredes non transmittit portem ex subste post mortem eius obvenientem. d. leg. toties. d. leg. si ex pluribus, ratio differentiæ est, nam in prima specie portio condicionalis pendente etiam condite delata fuit hæredi scripto, nam conditio frustrâ expectatur cum nullus speratur effectus. in postrema vero ante repudiatam cohæredis cui cohæres substitutus fuit, portio ex substte non censetur delata; cum eventus conditionis spectandus sit ut cohæredi et substituto defferatur portio ex substte ommittimus plura quæ obscura sunt in mat.a d. §. id quod ex subste petenda, et exornanda ultra Bart. Cumanum Alexand. et Alberic. et ex Cuj.o lib. 4. observat. cap. 39. et lib. 25. cap. 23. Fra. B. Ant. Fab. lib. 4. diect. cap. 13. Fagninus lib. 5. controvers. cap. 39. Duarenus in tit. de leg. tractad. cap. 8. Menoch. lib. 4. presumpt. 108. Franc. Sarm. in lege Celsus. 29. §. ulto. n.o 3. de leg. 2.

Hec certissima intrepido in omnibus suis partibus difficillis nimis et suspecta apparet ex eo nam si in d. l. qui ex duabus agitur de hærede instituto ex parte purê, ex parte sub condite nullo dato cohærede et substituto frustra ad transmissionem portionis condicionalis desideratur quod conditio existat, ut expresse requiritur in d. leg. qui ex duabus, quod si ita est falso diximus delatam esse portem conditionalem etiam ante implementum conditionis, nec expectandam cum nullus speratur effectus. Cæterum intelleximus intrepide nunc admissa

N. 41.

respondendum est, certum esse in d. L. qui ex duabus nullum
fuisse datum coheredem aut substitutum alioquin conditione
impleta post mortem heredis transmissioni locus non fuisset
nec obstant verba illa postea conditio extiterit namque
in illis verbis non requiritur ad transmissionem existentia
conditionis, sed casus magis dubitabilis expressus fuit
etenim defecta conditione nulla dubitatio erat in transmissione
nam cum iure accrescendi portio conditionalis deficientis
defferatur, non solum certa verum necessaria est transmissio
quia portio deficientis portioni non personae accrescit. L.
servus. 67. L. si totam 83. ff. tit. L. hec scriptura. 26
§. 1. de cond. et demonst. ff. L. si ex pluribus cum sim-
millibus. Ceterum quando extitit conditio institutionis iure
defertur portio conditionalis, atque ita difficilior erat conditio
mortuo herede conditione institutionis pendente, nihilominus
tamen ideo in eadem specie admittitur transmissio quoniam in
ea institutus nec coheredem, nec substitutum habebat, ac per
consequens etiam pendente conditione adita portione pura conditionalis
portio delata fuit heredi ex hac dictione explicant haec
in Leg. liber homo. 59. §. si ita scriptum verbis non
titius. de her. inst. Bart. et sequaces in d. L. qui
ex duabus.

N. 42.

Secundo ex supradictis venit explicandus textus
difficillimus, in L. si quis heres. 35. vers. idem dico ff. tit.
ubi si filiusfam. vel servus, iussu domini vel patris adierit he-
reditatem mox emancipatus vel manumissus ex causa substitu-
tionis erunt namque heredes, quoniam huiusmodi substitutiones
appendices sunt precedentis institutionis. Igitur repudiata
herede a coherede cui substitutus fuit non defertur co-
heredi adeunti de novo portio coheredis ex substitutione, alioquin

ipsi

ipsi filio conuenagato, et seruo manumisso tempore repudiationis portio ex subst. acquireretur, non vero patri et domino ac per consequens portio ex subst. delata fuit coheredi substituto ante repudiatam coheredis ut supra dicta. Augetur difficultas, ex leg. item si solg. 80. §. item si servus ff. de acq. her. ubi si servus meus fuerit ex parte, pure heres institutus, ex parte sub condit. dato sit coherede, et iussu meo adierit deinde eo manumisso conditio alterius portionis extiterit verius est non mihi esse acquisitam illam portem, ubi ipsa committatur; ratio est, quoniam paria omnia permanere deberet in id tempus, quo alterius portionis extitet, ut acquiratur ei cui prior portio acquisita est, quod adeo verum est, ut subijciat Paulus in ultimis verbis idem quandoque dicendum esse adhuc in potestate sit servum iterum esse adeundum si conditio extiterit, et quod dicitur semel adeundam in eiusdem pers. locum habere non cum per alium acquirenda est hereditas.

Qua in difficultate omissis pluribus interpretibus, et omissa emendatione Ant. Fabri. lib. 15. coniectur. cap. 20. qui existimat verba illa. d. §. item si servus ff. dato sit coherede tanquam superflua, et imperitis interpretis delenda esse pro concilianda, cognoscenda, et interpretanda praedicta difficultate eruditio distinctio adhibenda est; nempe multum referre utrum servus ex parte heres institutus coheredi substitutus sit, ut in d. Leg. si quis. ver. idem dico an vero ex parte pure, ex parte vero sub condit. dato coherede heres fiat, ut in d. Leg. si solg. §. item servus ff. de acq. nam in prima specie si servus iussu domini ex inste hereditatis partem adierit, et postea ma-

43.

manumissus delatam sibi ex causa substitutionis alteram agnouerit hereditatis partem, perinde ex hac parte heres sit dominus, quam si ex ea heres fuisset scriptus, quam si ipse ex ea fuisset scriptus, nam subst. in eo casu iuris accrescendi adiuuandi gratia facta intelligitur ut leges caducariae excluderentur, quae in substitutionibus locum non habebant, sed tamen in iure accrescendi. l. vn. §. 1. C. de cad. toll. ubi cum multis fragmentis et decisionibus notant Cuiac. et Dighamus, subst. enim nec debet iuri accrescendi adimere propriam naturam in totum, neque ex parte deminuere sed potius augere et adiuuare, quod probatur 2o supra dicta ex d. leg. si quis heres. 35. in pro. ubi heredem institutum ex parte coheredi substitutum, etiamsi ante quam ex causa substitutionis ei defferatur hereditas pro herede gesserit ex causa quandoque substitutionis repudiata port. a coherede cui substitutus fuit heredem esse affirmat Consultus repudiata port. a coherede cui substitutus fuit heredem esse affirmat Consultus ea rat. quoniam inuito quoque ei accrescit portio, qui aliam portem habet, igitur ius accrescendi a subst. non impeditur alioquin portio inuito non accresceret, sed volenti ex subst. neque ante delatam substitutionis heres esset = 2o idem probatur ex leg. qui patri. 59. ff. tit. ubi licet pupillaris substitutionis ius ut pote conditionale non transmittat ad heredes substituti mortui ante pupillum. l. si plures. 10. in pro. de vulg. ubi tamen pupillo ex parte herede instituto coheres pupillaris substitutus est etiamsi ante pupillum mortuus fuerit coheres substitutus substitutionis ius ad heredes transmittit, quoniam ex iure accrescendi potius quam ex subst. defertur pupilli portio ut constat ex d. leg. qui patri. 59. 6. et iure accrescendi acquiri

Eadem

ide probari potest ex tex. in d. leg. sed si plures § filio. vss. idem. de vulg. cum infra exornandis. Etenim in iure accrescendi portio portioni veluti alluvio accrescit non vero personae. L. si titio. 33. §. ususfructus. de usufructu. L. interdum. de usufr. accresc. cum aliis ibi traditis, illustrant post Bart. in leg. re coniuncti. de leg. 3. n. 26. Cujac. in leg. cum §. si ita. C. de cad. toll. Ant. Fab. de erroribus decade 80. errore 5. sequitur ergo ut portio coheredis in d. vss. idem dicto ad patrem et dominum iure accrescendi pertineat, cui prior portio quaesita fuerat.

N. 44

Unde si in specie relata post proprium aditam decesserit heres institutus, ceteras portiones coheredum etiam post eius obitum deficientes ad heredes transmittit, quantumvis coheredibus substitutus proponatur, arg. d. leg. si totam. Et ita explicant in proposito ultra relatos Bart. Cumanus et scribentes antiquiores in d. leg. si totam Baldus in d. leg. si titio. Duarenus lib. 2. de iure accresc. cap. 26. Cujac. lib. 12. observat. cap. 11. quippe qui in dicto casu substitutio appendix est et sequela praecedentis institutionis ut habetur in d. leg. si quis. licet enim alius substitutus qui non sit coheres praeferatur ex substitutione coheredi in iure accrescendi, quia in substituto potestas legis, et expressa voluntas testantis invenitur, in coherede vero legis tantum dispositio: L. 2. §. si duo de bon. poss. secund. tab. L. ult. in pro. de vulg. nisi in singulari et paradoxa specie de qua in L. quidam. 30. de vulg. ubi in coherede, et testantis voluntas et potestas legis concurrit, ac per consequens substituto praefertur, ut

N. 45.

N. 46

Bart. in d. l. re coniuncti. nº. 33. gla. et communiter Accursianum interpretes in d. l. q. patri. Quarenus Lib. 2. de iure acceresc. cap. 6.

Caeterum cum servus ex parte purê, ex parte sub conditione heres institutus proponitur dato coherede, si ipsius domini partes puras agnoverit, et manumissus conditione impleta conditionalem portionem sibi acquirit, atque ita portio conditionalis non sequitur praecedentem puram; ratio diversitatis est, nam in d. vers. idem dico, ex iure accrescendi pars ex substitutione portioni aditae et acquisitae defertur ut supra dicta, in hac vero specie de qua in d. §. item servus, pars conditionalis iure institutionis defertur, et consequenter ad servum manumissum, et capacem tempore existentis conditionis pertinet, cum tempore dandi ipse, qui institutus fuit reperiatur capax, et liber, unde cum haec institutio per se consistat non sequitur dominum, neque eius portionem, ideo antequam Consultus in d. §. item si servus proponit coheredem datum fuisse servo ex qua institutus purê, ex parte sub conditione, nam si solus servus eomodo institutus proponeretur delata fuisset conditionalis portio eodem tempore, quo pura; et semper domino acquireretur, quantumvis manumissus foret servus tempore existentis conditionis ut supra dicta ex leg. si solus. 80. in princ. de hered. instit. ff. tt.

Unde Consultus concludit in ultimis verbis d. §. item si servus existente conditione partem conditionalem iterum adeundam, non solum cum servus manumissus invenitur tempore existentis conditionis, verum etiam adhuc in potestate domini reperiatur.

Neque obstat quod supra diximus delatam legis potestate

fieri

fieri, legem autem semper certam fuisse existentie conditionis, ac per consequens non esse necessariam novam aditam. Nam respondendum est illud procedere quando quis per se heres efficitur, secus vero quando per alium, veluti per servum aut filium in quibus cum iussus parentis vel domini precedere opporteat ad utilem hereditatis acquisitionem. l. qui in aliena. 6. ff. tit. merito si servus manumissus vel filius emancipatus reperiatur tempore existentis conditionis portio conditionalis servus, aut filio queritur, non vero patri aut domino, quia iussus in libero homine aut filius emancipato nihil operatur d. leg. qui in aliena. nec etiam legis aut cogr. futura, et certa locum obtinet in hac specie, quoniam in facto consistit, bonum, et singularis textus in l. in bello. 12. §. 1. ff. nam heredit. non possunt. iuncto §. facti. eiusdem legis de captivis.

Ex his etiam interpretis venit difficilius textus in l. liber homo. 59. §. si ita scriptus. de her. inst. ubi si Titius ex parte tertia pure, ex alia tertia sub condit. dato coherede Mevio in altera tertia, inquit Consultus quod si ante existentem condit. Titius decesserit adita port. pura nihilominus statim ex semisse heredem esse, quia sive cond. adimpleatur non solum sextans, verum etiam bessis debeatur ex iure accrescendi et institut., sive deficiat iure accrescendi sextans, nam cum duo tantum proponantur heredes pro equis partibus hereditariis portio deficiens accrescit, lege interdum. 13. §. sed si alter. de her. instituend. ff. videamus. d. eodem tit.; si vero adita port. pura Titius decesserit pendente condit. si cond. existat sextans non transmittitur ad heredes ut habetis in d. §. si ita, ratio est, nam impleta condit. sextans iure instit.

N. 47.

non vero iure accrescendi defferetur, ac per conseq. non fuit delata illa portio ante existentiam conditionis; si v. condo defficiat, sextans transmittitur ad heredes, alia v. dimidia pars trientis conditionalis Maevio coheredi accrescit, quoniam ex deffectu conditionis, tam initio quam Maevio defferetur iure accrescendi dimidia pars portionis conditionalis.

Preterea

N. 48. ex sup.a dicta distinct.e eleganter intrigantes et in amicitiam redeguntur iura in L. si a primo. 8. Leg. si posthumus. 14. de lib. et posth. cum legib. per in pr. C. §. 1. de inuisto rupto. nam quod dicitur in priori iuribus quod si a primo institutis heredib. filius exheredatus fuerit, a substitutis preteritus nunquam posse substitutos ex subst.e heredes esse quamuis filius decesserit, dum pendet utrum heres institutus futurus sit, quasi ab initio inutiliter substituti fuerint, cum filius exheredatus non sit a substitutis, q. uementib. ab int.o defertur hered.as quod adeo uerum est, ut locum habeat si primus, et secundus heredes instituantur a quibus filius vel posthumus exheredatus fuerit deinde in singulorum locum subst.o facta fuerit, ita si primus heres non erit 3. heres esto, si 2. heres non erit. 4 heres esto a quo gradu substitutionis reperatur posthumus aut filius preteritus repudiante altero ex institutis v.g. 2. ad primum nulla portio pertinet, quoniam cum hec portio defficiens ad 4.m substitutum ex subst.e pertineat, a quo posthumus vel filius preteritus reperitur totum infirmatur testamentum cum pro parte non possit consistere etsi posthumus morte ab hereditate excludatur, d. L. si posthumus 14. vers. nam et cum dubbus, quapropter id procedit, quoniam substituti ex subst.e eo gradu heredes sunt, a quo gradu filius aut posthumus preteritus reperitur; ceterum cum primus et secundus heredes instituti sunt a quibus posthumus, aut

filius

filius exheredatus est, si invicem substituantur, et à gradu substitutionis filius aut posthumus preteritus repeliatur, in hac specie, et si unus ex heredibus repudiauerit alteri defertur portio, non scilicet venientibus ab intestato, atque ita testamentum non infirmatur. d. Leg. pen. §. 1. de inutili rupto. ratio ex supra dictis à nobis eleganter colligitur, nam coheres non habet defficientem coheredis portionem ex substitutione sed potius iure accrescendi adiuvato per substitutionem tanquam heres institutus in gradu à quo posthumus vel filius exheredatus progenitus, explant erudite Duarenus lib. 2. de iure accresc. cap. 16. in fine. Ant. Fab. Lib. 15. dict. cap. 20. Cujacius Lib. 12. observat. cap. 14. ommissa alia interpretibus tradita à Francisco Sarm. in d. Leg. si posthumus nostri. de lib. et posth.

Perveniamus iam ad ultimam manum huius tractatus circa difficillem interpretibus Consulti in L. si ex pluribus. 9. de suis et leg. her. omnia à nobis supradicta prorsus infirmantur, inquit Martianus in pro pluribus heredibus legitimis existentibus, portiones hereditarias à quibusdam repudiatas vel alio quovismodo defficientes ceteris agnascentibus accrescere, adeo ut quamvis prius decesserint quam portio unicuique accrescat hoc tamen ius ad heredes transmittatur. Mox subiungit illa obscura verba alia causa est instituti heredis, et coheredis substituti huic enim vivo defertur ex substitutione hereditas, non etiam si decesserit heredem eius sequitur. ex quo probatur non esse ius accrescendi in coherede coheredi substituto sed ex substitutione heredem esse.

Cum difficultate ommissis pluribus interpretibus ab antiquioribus interpretibus

N. 49.

N. 50.

relatus respondendum est universam decisionem d. leg. si ex pluribus ad ius novum pertinere lege Iulia et Papia introductum; quo quidem iure accrescendi solum dabatur inter coniunctos intra 3 gradum cognationis, in ceteris vero non procedebat, sed deficientis portio fisco aerarij locupletandi causa applicabatur. L. pater. 29. in fine. de leg. 2. L. 5. de vulg. L. un. §. 1. C. de cad. toll. Ulp. in fragment. titulo qui habeant ius antiquum in caducis, observant Cujac. et Lipsanius in d. Leg. unica. Ant. Fab. lib. 6. coniecturarum cap. 19. Balduinus ad leg. Iuliam et Pap. pag. 19. Igitur portio deficientis legitimi heredis ad ceteros intra tertium gradum iure accrescendi, vel ad heredes eorum iure transmissionis expectat, quomodo interpretandus est textus in d. Leg. si ex pluribus in princ.; portio vero coheredis deficientis ad coheredem substitutum pertinet excluso fisco, nam in eo reperitur ius accrescendi munitum substitutione; si vero coheres substitutus decesserit antequam deficiat portio coheredis non transmittitur defecta portio in heredes substituti, nam substitutio non transmittitur in heredes. L. qui liberis. 8. §. hec verba. L. sed si plures 10. de vulg. Leg. si is cui res. 7. rem ratam haberi. L. si emancipata. C. qui admitti. d. L. unica. §. in novissimo. C. de caduc. tollend. Neque enim ei datum videri potest qui tempore dandi in rerum natura non est, d. Leg. liber homo. §. si ita scriptum. Leg. quidam. 14. de iur. codicillorum. Unde cum in heredibus coheredis substituti solum ius accrescendi reperiatur fiscus admittitur, et heredes substituti coheredes excluduntur, quomodo intelligendus est textus in d. leg. si ex pluribus vers. alia causa. ut observat erudite Cujac. lib. 12. observat. cap. 11. Igitur quod dudum diximus substitutionem inter coheredes introductam a testatoribus fuisse

iuris

iuris accrescendi adiuvandi gratia procedit cum subst. correct. habet, secus vero quando evanescunt. Ex qua intrig. ar. alia interpretantur simmiliter aurea iura in leg. qui (?) ... res. 23. in leg. Lucius. 45. §. 1. de vulg. ubi portio deffitientis coheredis ad ceteros coheredes existentes in rebus humanis non vero ad heredes coheredis premortui, quia in superstitibus substitutionis ius, et accrescendi reperitur, an in heredibus vero coheredis premortui solum ius accrescendi erat, nam subst. non transmittitur in heredes, ac per consequens coheredes superstites substituti potiores sunt ex subst. et ad regulam legis 2. §. si duo de bonorum poss. 2ma tab. sic simmilliter intelligendum est tex. in leg. coheredi. 41. in pro. de vulg. cum Bart. Baldo Ymmola, Iasone, et ceteris in leg. si ... 27. eod. tit. Cujacio lib. 6. respons. Papin. in d. leg. coheredi.

Cap. et requissitum 2 de scientia naria in heredibus ad utilem acquissitionem vel repudiationem hereditatis

N. 1.

Quoniam que bono inchoantur initio felici exitu perficiuntur a primordio huius celebris disputationis liceat verba eruditissimi Principis inter deos Consultos Consulti Cujacii proferre tract. 1. ad Aphricanum in l. cum falsum. 46. h. tit. de acq. her. inquit vir doctissimus, Multa sunt, que scire opportet, eum, qui hereditatem adire vollet. l. illud si pars.

Si pars. her. pet. inox enumerat quedaz quasi per indicez a
nobis alio ordine explicanda, et examinanda, pro quoz di-
lucidat et vera rat necessu prelibandu est, quod in acquisit
t repudiat hereditatis precipua, et efficiens causa, quasi aliaz
regina est; voluntas, et animus certus heredis legitimi, aut
testamentarij verbis, aut factis explicitus, ex quo cognos-
catur, utrum acquirere t repudiare, sive ommittere hereditatez
maluerit, ut text in leg. mutuz. 5. leg. pro herede
20. leg. gerit. 88. h. tt. §. itez extraneus. I. de her.
qualit, quos de iure patrio connumit. L. 11. tto. 6. part. 6.
Acquisitio, que verbis fit aditio nuncupatur, que vero factis
gestio pro herede. d. leg. 5. L. servo invito. 65. §. si
pupillo in fine. ad Trebell. qui text in gest pro herede
intelliguntur, et conciliatur cu obscura leg. pupill. 9. h. tt.
§. si fari possit, que intelligenda est de aditi hereditatis
in qua verba necessaria sunt, et plerumq olim solem-
nia quando instituebantur heredes cum formula cretio-
nis de qua Acc. per text. d. in leg. cretionum. 17. C. de
iure deliberandi. Alciat lib. 3. disputat. cap. 7. Dich.
in. d. §. itez extraneus, novissime Amundus Menlig. lib.
2. observat. cap. 11. Hinc etiam in iure nro quasi di-
versa opponuntur aditio hereditatis, et pro herede gestio
in leg. si quis mihi. 25. §. sed quid si mandavit. h. tt.
in leg. etsi quis. 14. §. plerique. de relig. et sumpt. fun.
quos distinctio non ita intelligenda est ut in effectu distinguatur
aditio hereditatis t gestio pro herede, nam ex adit, et gest
pro herede unus et idez effectus acquisitionis sit hereditatis
de qua in nro tt, atque ita acquisitionis nomen generale est
comprehendens sub se diversas species, sit aditionis, cretionis

L. pupill. 9. h. tt. cu leg. servo invito. 65. §. si pupillo in fine. ad Trebell.

gestionis

gestionis, et immixtionis; et potius intelligitur distinctio relata in modo aditio enim verbis simplicibus, cretio verbis
solemnibus, gestio vero factis ex quibus non minus quam verbis
animus expicitur heredis assentis ad se pertinere velle
hereditatem explicant Duarenus ad nostrum tit. cap. 4. Petrus Greg.
lib. 46. sintagmat. cap. 4. nº. 14. Ant. Goveanus. Lib. 1. var.
lect. cap. 25. nº. 2. Emundus Merilius d. cap. 4. per totum, ubi
singulariter explat textum in. L. 2. §. unde bellè. de suis, et
Legit. ut procedat in heredis gestione ex illis verbis finge
enim supervixisse centum dies. in qua gestione illud peculiare est
ut heres, qui semel repudiavit possit iterum hereditatem adire
dummodo intra centum dies cretionis fuerit ex Paulo lib.
sing. regularum. tit. 22. licet aliter intelligant textum in
d. §. unde bellè. Cujac. Lib. 17. Observat. cap. 12. Ant
Fab. Lib. 6. coniectur. cap. 12. Ant. Aug. lib. 1. emendat.
cap. ult.º

L. 2. §. unde bellè. suis et Legit.

N. 2.

Ex quo pro multa à nobis non vulgaria
interpanda et cognoscenda sunt. Primum aditionem hereditatis
in diem et sub condicione fieri nullo modo posse. L. eum qui. 51.
§. ult. h. tit. L. actus. 77. de reg. iur. ratio est omnis sibi
alijs namque voluntas in diem et sub condicione concepta certa
non est qualis desideratur in aditione et repudiatione hereditatis
observat Osualdus ad Donellum. lib. 7. comment. cap. 8. tra. C.
Licet aliter Cujac. Lib. 20. quest. Pap. in d. lege
actus = Secundum hinc etiam intelligitur per procuratorem
hereditatem acquiri non posse. L. 1. de off. procur. Caesaris
arg. sumpto ab speciali, textus expressus in. L. per pro-
curatorem. 99. h. tit. et arg. textus in d. Leg. actus. ibi
hereditatis aditio iuncta lege nemo. 123. de reg. iur. ratio
est, namque aut procurator habuit mandatum adeundi

L. per procuratorem. 99. h.

ab herede, et tunc ex ipso mandato acquiritur hereditas heredi cum animus certus expliciter fuerit verbis in ipso mandato. Igitur hereditas semel adita facto procuratoris non potuit amplius acquiri; aut procurator non habuit mandatum, et ignoranti non potuit acquirere, aut ratam habuit aditum procuratoris Dns, et tunc ex ratihabitione ipsa in qua consensus, et animus heredis explicatur, non vero ex procuratoris facto hereditas acquiritur, ut erudite considerat Donellus Lib. 7. Comment. cap. 9. Cuj. Lib. 9. observat. cap. 19. Othomanus. Lib. 9. observat. cap. 4. ubi observant ea ratione Senatores Romanos heredes scriptos in Provincijs hereditatis adeundae causa impetrare solere liberam legatum ex Marco Tullio. 3.o de legibus. Manutio lib. 1. Epist. Epist.a 1. ad Atticum cum alijs pluribus congestis a Brissonio in notis ad Pandectas in leg. qui libera. 14. de legationibus, qui textus ita interpretandus est si advertamus procedere tantum quando Senatores instituebantur in provincijs formula solemni cretionis (de qua apud Ulpian. in fragm. tit. 22. §. 5. ut contra Duarenum ad eundem tit. cap. 4. et Lib. 2. Disputat. cap. 27. observat erudite Osvaldus ad Donellum d. cap. 9. tra. ratio est, quoniam institutus cum cretione velut in re presente et coram testibus cernebat, et inspiciebat hereditatem ut animadverterunt Petr. Fab. lib. 2. Semestr. cap. 22. Cujac. Lib. 7. observat. cap. 18. et ita intelligenda est decisio d. legis. per procuratorem, licet aliter perperam Renardus de auth. prudent. cap. 5.

l. qui libera. 14. de legatis

l. per procuratorem. 99 ff. tt.

N. 3.

Ex hinc etiam colligitur in necessarijs heredibus nullam esse aditum, aut gestum pro herede, namque aditio et gestio pendeant ex

ex animo

ex animo heredis volentis acquirere et ommittere heredit.
cum hic animus in herede necess. non reperiatur, siquidem
invitus, et multo magis ignorans reperitur heres appareat
L. 1. §. qui sunt. si quis omm. caa. test. unde ex-
tranei heredes fiunt adit. L. filius fam. 18. ad leg. Fal.
necessarij existunt ignorantes à tempore mortis. leg.
furiosi. 67. h. tit. iuncta lege si à furioso. 24. de
d. et A. unde simmilliter herede necess. scripto sta-
tim à morte confirmantur testamenta relicta nulla
adit. expectata. L. secundum. 32. de man. test. leg. si
filius. 12. de vulg. leg. filius. 41. h. tit. leg.
si post mortem. 68. de leg. 1. de quo erudite Cujac.
in. L. 2. de excusat. tut. ubi recte multa cumu-
lat observanda, inter alia regulam legis nec emere. 16. C. de
iur. delib. intelligendam de heredibus in quibus aditio ad acqui-
situm hereditatis necessaria est, non vero in heredibus suis, et
necessarijs, et in necessarijs tantum, qui sine aditione heredes
sunt. bonum tex. ita interpretandum in. L. qui in aliena. 6. §.
interdum. h. tit. et conciliandum cum L. si quis filio. 6. de
iniusto rupto. cum Aldguemo in. L. Gallus. §. in omnibus
n°. 16. delib. et Cath. Ant. Fabro. lib. 9. dicturarum.
cap. 20. Secundo convincit quorundam sententiam, qui exi-
timabant verba illa legis in suis. de suis et leg. her.
neminem in suis heredibus non esse necessariam aditionem integra
quasi adire potuerint, non vero compellantur, verius enim est
in necessarijs, et suis supervacaneam, et inutilem esse
aditionem tex. singularis in. L. quemadmodum. 7. de inoffi.
test. et aditio hereditatis supervacanea sit.

† alias. L. 62. §. furi

L. qui in aliena. §. interdum h. tit. cum si quis filio. 6. de iniu. rupto.

L. in suis. de suis legit. hered.

Deinde. N. 2.

ex eodem fere colligitur integro tex. in. d. L. qui in

qui in aliena. 6. Celsus. ff. tit.

aliena. 6. §. Celsus alias incipit. l. eum qui. 7. ff. tit.
ubi, qui metu verberum coactus (sic enim legendum est. non
verborum) vel alio iusto timore coactus fallens adierit hereditatem
si liber est non efficitur heres, si servus dominum heredem non
facit, quod quidem non contingit ex capite metus, quocumque
enim metu etiam mortis aditio hereditatis ab initio utilis
et valida est. l. si metus. 84. ff. tit. l. si mulier
21. §. si metu. quod metus causa. ubi ratio proponitur
quoniam etsi coactus fuit voluit tamen hereditatem habere
voluntas enim coacta voluntas est, nam voluit potius
hereditatem habere, quam mortem pati. bonus tex. in. l. si
patre cogente. 22. de ritu nupt. et. manifeste hoc vi-
detur. Igitur cum in aditione meticulosa voluntas he-
redis reperiatur heres quidem fit ipso iure aditus ve-
rum competit praetor restitutionis et abstentionis benefi-
cium ad exemplum necessarii heredis adversus eam
aditus datur heredi. d. l. si metus. d. §. si metu
cum similibus. Igitur in. d. §. Celsus. ex vi simu-
lationis, et protestationis, qua heres coram testibus prote-
status fuit se nolle heredem esse ipso iure heres non fit
nec dominum heredem facit ut colligitur ex illo verbo
fallens exstant Duarenus ad rerum titulum. vel alia
expositio, et post Acc. in. d. §. Celsus verbo fallens
cum multis pater Thomas Sanchez. lib. 4. de
matr. disp. 8. n. 10.

N. 5.

Verumetsi haec interpretatio communiter
in his scholis ab omnibus praeceptoribus fuerit admissa nun-
quam tamen potuit animum implere ea iurisprudentiae certa
et iuridica ratio non solum in disputando verumetiam in iudicando,
et consulendo amplectenda, nam altus pendens ex duorum

volunt

voluntate non impeditur nec infirmatur ex protest. oculta contra precedente, difficilis tex. in. l. cum in plures. 60. §. locator horrei. locati. melior tex. in. l. ult. §. item si predixerit. ubi gl. nautae. caupones, et stabularij. capite humana. cum gl. de elect. cap. ultim. de appellat. exornant Bart. Castrens. et scribentes in. leg. non solum. §. morte. de oper. non. nunciat. Ant. Fab. in racional. ad tex. in. d. §. locator horrei. Navarr. in cap. nullam. 13. q. 2. n. 14. pater Thomas Sanchez. lib. 2. de matr. disput. 45. n. 17. at aditio hereditatis pendet non solum ex volunt. heredis verumetiam ex interesse et commodo creditorum et legatariorum cum quasi contrahitur ab herede. l. more. 8. ff. tt. iuncta lege omnem. 20. de aditiis. bonum tex. in. l. 2. §. ult. cum leg. sequenti. qq. ex caus. in possess. unde fit quod ex consensu heredis et libera volunt. pendet ab initio aditio et repudiatio hereditatis non minus, quam contractus. l. 2. §. conventionum. de pactis. l. sicut. 5. C. de O. et A. ergo ex protest. heredis antea facta in. d. §. Celsus. non excluditur effectus aditionis in permitiem et damnum legatariorum, et creditorum.

L. cum in plures. 60. §. locator horrei. locati. l. ult. §. item si predixerit. cum gl. nautae pones

N. 6.

Quare dicendum est aditum hereditatis ipso iure nullum esse non ex defectu animi et voluntatis heredis adeuntis in d. §. Celsus. quoniam cum protest. facta ab herede fuit etiam iusta causa metus, etsi enim ex protest. precedente oculte facta aditio hereditatis non enervaretur in permitiem legatariorum, et creditorum, qq. interest aditum firmam esse illud procedit quando citra iustam causam metus protestatio facta fuit, contrarium vero procedit, quando cum

protest.^e^ met. concurrit, tunc enim in protest.^e^ dol. protestantis non reperitur, imo potius protest.^e^ facta fuit ut dolus et met. excluderetur sic similliter quamuis ille, qui matrimonium contraxit antea protestatus fuerit se nolle contrahere per quecumque verba proferenda coram Parrocho et testibus nihilominus si postea contraxerit matrimonium validum et firmum erit, cum pendeat ex duorum contrahentium volunt.^e^, nec in premisis uxoris protest.^e^ antea facta animum excludit, ut erudite ex d.^o^ dictis obserbat. Thomas Sanchez ubi proxime. d. n.º. 17; si verò ille, qui protestatus fuit matrimonium postea contraxerit metu, matrimonium nullius erit momenti ex d.^a^ dicta doctrina, et probatur arg. tex. in cap. consilio. 31. q.^o^ 2. cap. 1. de his que vi. melior tex in. L. 1. C. de his, qui per metum iudicis non appell. et cum multis utriusque schole exornat pater Thomas Sanchez ubi s.^a^ n.º. 22. Igitur in d. 5. celsus aditio hereditatis nullius momenti est pp. protestatus, et metum, ut colligitur ab omnibus ex illo verbo fallens.

N. 7. Maneat igitur ex his firmum principium hereditatis aditus non nisi quadam animi certa destinat.^e^ heredis fieri posse. L. pro herede 20. L. gerit. 88. ff. eod. quoniam, que animi destinat. agenda sunt, non nisi vera, et certa scientia perfici possunt. L. in totum. 76. de reg. iur; ceterum cum nihil tam contrarium sit voluntati, et consensui quam error, qui imperitiam detegit, aut ignor.^a^ qua excluditur certus, et deliberatus animus heredis suscipiende hereditatis. arg. tex. in. L. 2. de iudicijs. in. L. si per errorem 15. de iurisdict.^e^ L. in omnibus. 57. de. O. et A.

L. de hoc

L. si hominem. 20. de aqua pluv. arcend. L. nihil. 116. §.
ult. de reg. iur. L. non videtur. 9. C. de iur. et fact. ignor.
cummulant Iura Dominus Vidarius Zasius in leg. cum fun-
dus. 32. §. 1. de reb. credit. Cuiac. in. L. 9. de contrah.
emptione Donell. lib. 4. comment. cap. 16. et lib. 12. cap.
7. qui iuribus, et authoritatibus inter alia non obstat [illegible]
Tex. in. L. 1. §. si legatarius. ad leg. Falcid. ibi. quia
volunt. heredis errantis natus est possessor, nam ut recte ani-
madvertit Acc. ibi. dbo errantis, nihil prohibet aliquem
in uno errare, et in alio consentire, ut in seq. d. §.
si legatarius, in qua legat. volunt. heredis natus fuit
possessor rei legatae ultra dodrantem, heres tamen existimavit
plus esse in patrim. defuncti, atque ita cum error interve-
nerit heredis in facto, et quantum patrimonii potest
repetere a legat. quod ultra dodrantem dedit pro dedu-
cenda quarta Falcidia, ut in. d. §. si legat. in quo
verbum ultimum legendum est, auferatur ut in vulgat.
codicibus; non vero offeratur ut in Florentinis. Igitur
heres ad utilem aditum hereditatis vel repudiatum multa
scire debet a nobis sigillatim sequentibus speciebus
explanda, et exornanda.

L. 1. §. si legat. ad Falcid.

N. 8.

Prima species ubi scientia
requiritur heredis consistit in delat., non enim suffi-
cit quod hereditas sit ei delata, sed quod heres
sciat, et cognoscat delatam esse, ad quam speciem
primum pertinet Ulpiani interpretamentum in. L. is qui
13. §. 1. hoc. tit. ubi si quis dubitat, vivat
testator, necne repudiando nihil agit, quod idem in
aditu contingere constat ex eodem Ulp. in. Leg.
si quis. 21. §. sed ita demum. L. heres institutus

32. ff. tt. ubi heres institutus si putet testatorem vivere quamvis iam defunctus sit hereditatem adire non potest quoniam ignorat utrum delata sit hereditas, quae vivente nulla est. l. 1. de her. vel act. vend. cum multis relatis a nobis supra. cap. 1.

N. 9.

l. ult. in pr. de leg. 3.

Ceterum in hac pro contrario dictam speciem ultra dei subtilitatem expendo textum valde obscurum in. l. ult. in pro. de leg. 3. ubi Scaevola. lib. singulari. quaest. publice tractatarum. inquit quod si pater exheredato filio substituit heredem extraneum, deinde ille extraneus hunc filium heredem instituit, et heres factus intra pubertatem decedat, a substituto ei filio, legata solvi non debere, expendo quod filius institutus ab extraneo substituto illi heres factus fuit adita hereditatis etiam vivo extraneo testatore, qui eum instituit, quem existimavit mortuum fuisse nam cum filius extraneo heres factus proponitur, adhuc extraneus idemque substitutus filio exheredato in rebus humanis erat, alioquin frustra quaeritur in. d. leg. ult. utrum a substituto ei filio legata relicta a patre praestanda sint ergo heres institutus, qui hereditatem adiuit dubitans an mortuus vel vivus fuisset testator heres efficitur etiamsi mortuus non fuisset.

N. 10.

Qua difficultate superatus Cuiac. Lib. 2. observ. cap. 32. existimat textum illum nullo modo intelligi posse prout iacet, atque ita emendandum esse statuit, et loco dictionis substituit, reponendum instituit, speciemque ita proponendam observat; pater filium impuberem in potestate constitutum exheredavit, extraneum heredem instituit, et alium quendam filio pupillariter substituit, deinde ille extraneus institutus a patre filium exheredatum scripsit heredem, qui heres factus

decessit

decessit intra pubertatem, atque ita substitutus ex pupillari bona patris iam acquisita filio ex iure extranei, et eundem filius habuit; queritur utrum legata relicta ab instituto extraneo debeantur a substituto et filio respondit Scaevola minime legata prestanda esse; nam substitutus habet bona patris casu, id est, per successionem inter fratrem in filio, non vero ex aliquo iudicio patris, ac per consequens, sicut pater non potuisset ab exheredato filio legata relinquere ita equum est, ut non plus iuris [illegible] habeat circa substitutum, quam in eum qui substituit. l. qui fundum. 66. §. qui filios. ad leg. Falcid. alioquin inquit Cujac. si legendum foret substituit, quo modo herede facto filio per mortem extranei substituti eundem instituti dubitari potuisset, utrum legata relicta a substituto prestanda forent.

Ceterum hec interpretatio convincitur aliis omissis fundamentis, quia contra fidem omnium pandectarum scripta est, in quibus verbum illud substituit reperitur. deinde nam si Cujacio displicet interpretatio Accursii tanquam commentitia ex eo quod proponit duos substitutos in d. leg. ult.ª quare etiam non videtur illi commentitia interpretatio ab eo tradita ubi proponit unum substitutum, et alium extraneum institutum; quare omissa simmilliter alia emendat Ant. Fabri de erroribus. decade. 70. errore. 8. qui existimat dictum illum substituit omnino extirpandum, et tollendum, ita ut elegantiori stylo verbum instituit, propositum in d. leg. ult.ª inserviat utrique orationi. vere dicendum est speciem d. legis ult.ª intelligendam de legatis relictis per patrem a substituto secundis tabulis non tanquam ab instituto, sed potius ut a substituto filio exheredati, in qua specie dubitat

N. 11.

Utrum mortuo substituto ante filium, quem instituit heredem debeant praestari legata relicta à substituto, movebat dubitandi ratio, nam licet filius à patre fuisset exheredatus bona tamen paterna habebat ex inde facta ab extraneo substituto, arg. text. in. leg. cum filio. 11. de leg. 1. in leg. si alienam. 62. de leg. 2. inhibentibus tamen Scaevola contrarium probat, quoniam filius in d. leg. ult. bona paterna; non directo, sed per successionem, casu, non vero aliquo iudicio patris habuit. d. leg. qui fundum. §. qui filios. secus si procederet, si aliquo iudicio patris etiam tacito bona haberet, ut in. d. leg. cum filio. et d. leg. si alienam. Deinde et confirmatur sententia Scaevolae, nam mortuo substituto ante filium substitutio evanescit, atque ita legata relicta à substituto secundis tabulis praestanda non sunt, quam interpretationem ante omnes eleganter observat Osvaldus ad Donellum. Lib. 8. comment. cap. 10. lra. B.

N. 12.

Unde eleganter Acc. in leg. qui superstitis. 93. h. tit. gl. 1. inquit Hermogenianum. ti. in illis verbis qui superstitis bona requirunt post mortem patris potest iterum adire vel bonorum possessionem petere. intelligendum sive cognoscat sciatque superstitem adhuc esse testatorem, sive dubitet ex. d. leg. is qui. 13. §. 1. cum aliis relatis à nobis h. tit. qua etiam ratione Caesares Diocletianus, et Maximianus in. l. nec nos. 4. C. de postlim. revers. probant hereditatem matris quam incognitum erat ab hostibus interfectam, an captam fuisse à filio acquiri non potuisse, quoniam eorum bona, qui in hostium potestate redigantur, eo demum tempore successionis iure acquiri possunt, cum captos apud hostes mortuos esse cognoscitur cum ergo ante mortem apud hostes captivi hereditas

l. nec nos. 4. C. de postlim. revers.

Lege

Lege Corn.ª non defferatur aut lege .12. tabull. ante mortem eius, qui ante captiuitatem interfectus fuit, merito dum dubitat filius an mater capta vel interfecta fuerit non poterit hereditatem adire, et aditio facta nullius erit momenti.

Verum in hac parte duplex nobis auferendus est scrupulus, nempe nihil interesse filius dubitauerit an mater capta vel interfecta fuerit atque utroque casu morte hereditas delata censeatur, pro qua parte expendo summe obscurum Consulti responsum observandum ultra dos in proposito in . Leg. si quis sic stipuletur. 56. ff. sol. matr. ubi si quis ita stipuletur a marito, si quo casu Titia nupta esse desierit decem dabis, inquit Paulus. hac generali commemoratione, et ab hostibus capta Titia commissam stipulationem, statimque dubitat in vsu plane. quantum veniat in stipulationem. Utrum quasi mortua sit Titia, an quasi diuortium fecerit humaniusque esse statuit, ut prestetur quod post mortem conuenit, igitur cum Titia captiuitate illa mortua censeatur poterit sine dubio heres hereditatem adire, quantumuis dubitet, an interfecta vel capta fuerit mater, contra quam habetur in . d. leg. 4. C. de postl. reuersis.

Secundus scrupulus non minus difficilis nascitur ex eo quod scriptum est in . L. apud hostes. 8. C. de suis. et legit. hered. 6. quo casu mortis Titia non postulatur ex quibus verbis probant quares ibi filium captiui heredem fieri posse etiam dubitet an captiuus pater mortuus fuerit, necne.

N. 13.

L. si quis stipuletur. solut. matr. ac. d. l. 4. C. de captiuis, et postl.

L. apud hostes. 8. C. suis et legit.

Quibus difficultatibus non obstantibus verissimum est filium heredem matris utiliter adire non posse dum dubitat, utrum mater capta vel interfecta

N. 14.

fuerit ab hostibus, neque obstant in contrarium tradita non primum ex d. Leg. si quis. cuius certa interpretatio, et germana cognitio pendet ex ea quaestione inter Consultos et interpretes vexata, Utrum scilicet matrimonium dissolvatur captivitate sola quoad repetitionem dotis, an vero morte sequuta, in qua Accursius noster in d. leg. si quis verbo. vel ancilla probat repetitionem dotis locum non habere ante mortem naturalem captivi uxoris, quam probat Castr. in rubr. soluto matr. n.º 3. et fulcitur ex lege si ab hostibus 11. illo tit. ubi proponit Consultus filiam nuptam captam fuisse ab hostibus ibique mortuam, et in ea sequens constituit dotem a patre profectam ad eum redire perinde ac si nupta decederet, quod etiam procedere in filia emancipata statuit cum dos profectitia data filiae emancipatae ad patrem revertatur quando morte matrimonium solutum fuit; secus vero si divortio vel alio modo. L. si filia. 5. de divortiis. L. filiae meae. 60. sol. matr. Secundo haec sententia probatur ex leg. sequenti. 5. C. sol. matr. ubi frater non potest repetere a marito dotem sororis propter captivitatem eius, nisi mors sequuta fuerit, quam doctrinam sequitur Alciatus in rubr. sol. matr. n.º 16. ubi Petrus Barbosa 2. p. ex n.º 66. Crotus in leg. 2. in pro. n.º 29. eodem tit. Conanus. Lib. 8. comment. cap. 10. n.º 2.

quaestio explanatur, et matrimonium dissolvatur captivitate sola quoad repetitionem dotis, an morte sequuta

N. 15.

Contrariam tamen illustrant alij non minoris authoritatis, et inditijs nempe repetitionem dotis locum habere uxore capta ab hostibus etiam ante mortem naturalem, quae confirmatur, nam matrimonium sola captivitate dissolvitur. d. Leg. si quis. ac per consequens repetitio dotis statim competit ex regula legis. 2. in pro. et inscriptione tituli. soluto matr.

quemadmodum

quemadmodum dos petatur, exornant Guilhelmus Pontanus n°. 44. Alexand. 17. Ioannes iunior. 2. p. n°. 114. in rub.ª sol. matr.° Campegius. de dote. 3. p.te q. 4.

N. 16.

Quibus in Consultorum Imperatorumque decisionibus, et interpretum commentarijs contrarijs conciliandis placet multum distinctio tradita à Barb.º ... n°. 69. nempe multum interesse utrum pactum interpositum fuerit reddendae dotis per verba indefinita, ita ut soluto matr.° dos reddatur, nam tunc non committitur pactum tempore suae captivitatis uxoris nisi mors secuta fuerit, quod idem procedit, quando nullum pactum interpositum fuit, ut contingit in patre in repetenda dote profectitia, quomodo intelligenda sunt iura tradita pro prima sent.ª, ratio est nam dicta illa soluto matr.° dotem reddi tacitè subintelliguntur etiam non exprimantur. l. cum quaerebatur. 228. de V. S. unde cum exprimatur eo modo, quo tacite inhaerant nihil operabitur expressio, sed quando non esset pactum dos restituenda erat quando nulla spes reperiebatur redintegrandi matrimonium, morte videlicet uxoris. ff. l. 2. sol. matr.° ergô idem dicendum est cum expressum fuit dotem reddi soluto matr.°. Nec obstat quod captivitate matrimonium dissoluatur, nam minimè dissoluitur omnino, sed necessitate causativa, quoniam redintegrandum est reversa uxore ab hostibus, vel marito, aliàs recusans incidit in eas poenas, quas incurrit ille, cum culpa dissoluitur matrimonium. l. uxores. 6. de divortijs. l. non ut à patre 8. in fi. de captivis, quare ... hanc spem redintegrandi matrimonium interim dos ante mortem captivi uxoris repeti non potest arg. legis. pen. ff. uxor. soluto matr.°.

Sed maritus tenebitur necessario subministrare uxori captivae et eius redemptioni intendere, ut eruditè considerat Conanus d. cap. 10. nº. 1.

N. 17.

Quod si istiusmodi pactum reddendae dotis verbis universalibus fuerit conceptum, veluti si quo casu mulier nupta esse desierit, ut in d. leg. si quis. quae verba intelliguntur, id est si aliquo casu. secundum doctrinam glossae in L. 3. §. si pupillus. verbo cum quo. de tutelis, et quando interpositum est pactum ita ut dos restituatur quocumque modo solutum fuerit matrimonium, ut in: L. 2. de pact. dotal. L. si extraneus. C. de cond. ob causam. tunc enim ut verba illa generalia operentur amplius quam indefinita, ne sint superflua istiusmodi committitur captivitate uxoris ante mortem, explanant, et exornant Christophorus de Castelion in: L. si cum dotem. in pro. nº. 22. solut. matr. Duarenus in. d. leg. si quis, cum pluribus congestis à Barb. ibi. nº. 68. Et illustrari potest ex traditis à Bartolo in. L. generali. §. uxori. ad finem. de usufr. legato. Covarruvias. lib. 2. variarum. cap. 5. nº. 3. Pinelo in L. 1. C. de bon. matern. 1. p. ex nº. 43.

N. 18.

Sed ecce tunc manet maior difficultas explananda in ultimis verbis. d. L. 56. 8. plane quantum veniat in stipulationem dotis. ex quibus verbis multa obscura insurgunt videlicet nam si stipulatio de dote reddenda soluto matrimonio quocumque casu interposita fuit, nihil interest an divortio vel morte matrimonium solutum censeatur, cum utroque casu dos tantum restituenda sit, ergo sive captivitas morti naturali aut divortio similis fuerit non continetur, nisi restitutio dotis. Ergo sive captivitas morte naturali, sive divortio similis sit

non

non magis continetur in uno, atque in altero casu, ac per consequens nulla humanitas continetur in eo, ut morte potius quam divortio matrimonium solutum videatur.

His diffi- N. 19.

cultatibus superatus Acc. in d. leg. 56. et Acursium ibi. §. Quarum in eodem textu, probant duplicem stipulationem interpositam fuisse in d. vers. planè. alteram conceptam in casu mortis, minoris quantitatis, alteram in casum divortij maioris summae, atque ita humanitas in eo consideretur, ut minor quantitas dotis restituenda sit; Caeterum haec interpretatio commentitia est, et contra contexturam Consulti in d. leg. 56. et ideo his d. L. 56. ibi. mari. et alijs fundamentis convincitur à Conano. Lib. 8. comment. cap. 10. nº. 3. Quare alijs silentio involutis interim dum meliora occurrunt, dicendum est, casum captivitatis, deportationis, et servitutis morti potius quam divortio comparandum esse, nam mors civilis naturali regulariter comparatur in nostro iure, arg. text. in leg. 4. qui satisdare cogantur. leg. Gallus. 29. §. et quid si tantum. de lib. et posth. glo. 360. superstite. in leg. unica §. sin autem. C. de cad. toll. Ideo autem humanum est in d. leg. 56. ut in casu mortis concepta videatur stipulatio, et matrimonium morte potius, quam divortio solutum captivitate superveniente uxoris, quoniam, cum matrimonium captivitate dissolvatur cassatur, ita ut reversa uxore redintegrandum sit alioquin si uxor noluerit redintegrare incidat in poenas divortij sine iusta causa celebrati, et maritus certam partem dotis retinere possit, ut text. in leg. non ut à patre. 8. vers. quod si noluerit

iunctis traditis à Sich. in. §. fuerat autem. col. n.º 69. et 72. l. de act. merito nec stipulator, qui sibi prospexit stipulat.º generaliter concepta restituendae dotis, si quo casu mulier nupta esse desierit arceatur à commodo stipulat. si mulier reuersa ab hostibus noluerit consentire coniugio, morte potius quam diuortio solutum censetur matrimonium, quod quidem humanum est, nec ex volunt. uxoris pendeat commodum stipulatoris, atque ita expedat sunt verba illa d. leg. §. 6. verum quasi diuortium fecerit, humanius id competere dixerit quod pro morte conuenit ut prestari sine diminut. aliqua dotis, quae omnia locum non habent in haereditatis delat., siquidem captiuit. non statim defferri ob spem postliminii, donec mors captiui sequeretur, ac per consequens, qui dubitat, testator captus sit dubitat de delat.e hodie autem praxi iure Pontif.º matrimonium nullo iure dissoluitur captiuit.e et seruit.e superueniente; nisi accepto certo nuntio de morte captiui: cap. 2. de secund. nupt. cap. 1. de coniugio seruorum, cum traditis à Couarr. 2. p. de sponsalib. cap. 7. §. 3. n.º 7. atque ita cessat decisio text. in. d. leg. si quis. tradit Barb. 5. n.º 71.

Tandem

N. 20.

d. l. 3. de suis, et legit.

non obstat text. in d. L. quod. 3. de suis et legit. haer. quae loquitur in filia in pot. patris captiui constituta tempore captiuitatis in qua cum suitatis iure aditio non sit necess.a in suis haeredibus, cum nec delatio sit sed continuatio domini ex legis potest.e, merito non requiritur scientia mortis patris imo mortua filia ex pot.e suitatis transmittit haereditatem ad matrem etiamsi ignoraret mortuum fuisse patrem, arg. legis. qui duos. §. §. cum

cum in bello

cum in bello. in princ. ff. §. fin. de reb. dubijs. leg. Lucius, de iur. fisci, cum traditis à Gometio. 2. tom. Variar. cap. de transmiss. hereditatis. nº. 23. vers. Infero. notat Cujac. lib. 4. observat. cap. 26.

N. 21.

Deinde ex his, que diximus huiusque scientiam esse heredis necessariam esse delationis hereditatis ad utilem aditionem vel repudiationem interpretandum venit textus difficillimus, in leg. si quis extraneus. 21. §. fin. ff. h. tt. ibi. quid tamen si ignorat conditionem extitisse, puto posse adire hereditatem ex quibus verbis perspicue constat heredem institutum sub cond. posse hereditatem adire quantumvis dubitet conditionis existentiam, et implementum, ergo dum dubitat heres delatam esse hereditatem necne, dummodo verè delata sit, aditio hereditatis tenet, quippe heres, qui dubitat an cond. institutionis extiterit necne de delatione hereditatis dubius est. Leg. isqui heres 13. ff. h. tt. Augetur difficultas ex leg. multum. 21. de cond. et demonst. in eadem sp. d. legis. si quis extraneus. §. fin. affirmat Consultus quod si heres institutus sub cond. dubitet an cond. extiterit necne aditio hereditatis ea dubitatione pendente facta, nullius momenti sit, exornat ultra antiquiores, et relatos à nobis. Galganetus de cond. et demonst. 2. p. cap. 5. quest. 101. ex nº. 118.

L. si quis extraneus §. fin. ff. h. tt. cum leg. multum. 21. de cond. et demonst.

N. 22.

Qua difficultate suffocatus Aret. in d. l. 21. §. fin. existimat nullam posse congruam interpretationem recipere superiora iura, et omissa prima interpretatione glosse ibidem, quam reprobat Aret. multisque improbat Bald. in d. leg. multum. rejectaque

emendat. Cujacij. Lib. 39. digest. Juliani. in. d. leg. multum. et tract. 1. ad Aphricanum. in. l. cum falsum h. tit. et ommissis traditis à Galganeo ubi proxime plausabilior videtur intellectio Socini. n. 5. prope finem in. d. leg. multum. nempe textum illum procedere quando heres institutus sub conditione dubitat conditionem extitisse, et dubius sine animo adeundi in casum existentis conditionis quesivit hereditatem, quo casu aditio nulla est, quia ex quo cognovit se non posse hereditatem adire, et adit inutilem videtur fecisse actum aditionis, arg. textus in leg. non solum. de o. et. A: textum verò in. d. leg. si quis extraneus. §. fin. procedere quando ignorabat heres conditionem extitisse, de eius tamen animo, et voluntate constabat, quod voluit adire in omnem eventum et casum, quo adire potuisset, atque ita tempore aditionis iam conditione extiterat tenet, et valet aditio. Que intellectio etsi commentitia videtur, non tamen incongrue colligitur ex eodem. §. in pro. ubi docet Consultus institutum heredem pro parte, et si dubitet ex qua parte institutus reperiatur, posse hereditatem adire, iuncta communium glossae, et antiquorum intellectione. b. qui existimant eum textum procedere, quando heres institutus voluit hereditatem adire, ex quacumque parte scriptus foret, atque ita ex contextura, et confirmatione Consulti in eo textu v. v. quid si ignorat, dicendum videtur interrogandum de herede, qui voluit omninò hereditatem adire impleta conditione, quo casu, cum in herede et voluntas adeundi et potestas reperiatur delata iam heredi implemento conditionis aditio utilis et in casu. d. leg. multum à nobis relata, etsi potestas adeundi fuisset

impleta

impleta condo. voluntas defficit vel de ea non apparet

Verum enimvero etsi subtilius hęc interpo sit, si veritatem tamen amem, potius subtilitatis fuco, quam veritate innititur, et convincitur ex eo, quod in utraque lege ignorasse heredem dicitur, nec de hoc animo adeundi in omnem eventum ullum verbum stat, ex quo in altera lege induci potest, in altera animus excludit, precipue cum his, qui ignorat, quamvis in alteram dubitationis partem propensior sit, et extitisse conditionem existimet, veram tamen, et certam scientiam non habeat, sine qua aditionem non consistere sepius dictum est, ex d. leg. in totum. 76. de reg. iur. juncta leg. pro herede in pro. ff. tt. Leg. si avia. C. de iur. delib. Ergo multo magis impeditur adire qui omnino ignorabat extitisse conditionem, cum nullatenus habuerit notitiam delationis hereditatis, nec propensior extiterit in partem existentię conditionis.

N. 23

Quare existimo, eum, qui conditionem ignorat, non generaliter, et indeffinite adire hereditatem posse, sed eo tantum casu, quo ex parte sub conditione heres institutus est, licet alterius partis conditionem ignoret, alterius tamen certam scientiam habeat, ita namque difficille Ulpiani responsum in d. leg. si quis extraneus in §. fin. explicandum iudico. Quidam ex parte sub conditione institutus coheredi sub conditione substitutus erat querebatur an cum ignoraret conditionem sub qua substitutus erat adire posset hereditatem, et partem etiam in quam substitutus erat acquirere docet Consultus posse si conditionem sub qua institutus est non ignoret, et conditio substitut.

N. 24

extiterit, nec adire facere, si condit. substitutionis extitisse nesciat, nam et hoc casu adire hereditatem poterit quemadmodum si ignoraret, an coheredis cui substitutus est repudiatae portio ei delata sit. Hanc autem esse sententiam Ulp. eius verba conuincunt, nam heredem ex parte fuisse sub cond. institutum, et conditionem institutionis non ignorasse ex illis constat, si condit. sub qua heres institutus est non ignorat, in parte autem substitutum esse idque sub condit., quam extitisse ignorabat verba illa demonstrant, si tamen extitit cond. sub qua substitutus est. Vnde sequentia verba; quod tamen si ignorat condit. extitisse de condit. substitutionis de qua proxime dixerat intelligenda, verba tex. suadent, et eius contextura, et dissimilitudinis ratio, qua utitur Ulp. cuius hui. responsum illa iuris rat. nititur, quia in coherede, et substituto ex utraque parte una aditio sufficit. l. liber homo. 59. §. Titius ex semisse. de her. inst. l. si quis heres. 35. in pro. l. cum heres. 52. §. fin. cum leg. seqq. l. qui patri. 59. h. tit. l. 6. in fine. C. de impub. tradit eleganter Euerard. Bronchorst. cent. 3. assert. 39.

N. 25.

t. l. si quis. 21. §. fin. cum leg. ex semisse. 75. h. tit.

Illud superest explicare in d. §. fin. legis si quis extraneus, quomodo institutus ex parte incerta, et dubius de ea sive ignorans potuit pro herede gerere, et acquirere hereditatem sine eo quod ei noceret incertitudo illa quia veram, et certam scientiam habere non potuit, tam in delat., quam in ipso actu acquirendi, quae difficultas augetur ex. l. ex semisse. 75. h. tit. ubi versa vota, et e contrario Marcellus Consultus

ire videtur

iure videtur inficias, quatenus affirmat ex semisse institutum per errorem ex quadrante adeundo ignorans, ex semisse fuisse vocatum ad hereditatem intellegisse, quam difficultatem presensit gl. in d. §. fin. ubi ignoravit et in d. leg. ex semisse ubi adit hereditatem, et Bart. d. utrobique qui varias sententias commiscuerunt, et Cujac. tract. 1. ad Africani. ad leg. cum falsum. ff. tit. Petr. Fab. in leg. in totum. 76. de reg. iur. qui, et si non male explicent, nos tamen altius rem petendam existimamus, et ex iuris antiqui monumentis.

N. 26.

Que iura ut feliciter componamus, et noviter explicemus in modum previe cuiusdam inspectionis animaduerto, olim duos fuisse modos tantum acquirendae hereditatis, scilicet aditionem, et pro herede gestionem §. fin. I. de hered. qualit. et diff. leg. etsi quis. 14. §. plerique. de relig. et sumpt. fun. in illis verbis, neque pro herede gestio, neque aditio presumatur. l. quandiu. 69. ff. tit. l. cum in antiquioribus. §. 1. C. quod sit aditum, vel pro herede gestum inducat. C. de iur. delib. l. si quis mihi bona. §. quod si mandavit. ff. tit. pulchre Ulp. in fragment. tit. 22. vers. extraneus heres; aditio antiquitus solemni cretione fiebat ab his, qui solemni illa cretione erant instituti refert formulas institutionis, et aditionis Ulp. d. tit. 22. (qui ita plane explicat, ut explanatione non indigeat) hodie vero quibuscumque verbis fit sublata illa scrupulosa cretionis solemnitate a Justo in leg. cretionum C. de iur. delib. aduertunt Petrus Fab. lib. 2. semestrium. cap. 22. Fiestus. lib. 3 Cujac. Lib. 7. observ. cap. 18. Petrus Greg. lib. 46. syntagmat. cap. 2.

gestio autem pro herede quocumque facto voluntatem acquirende hereditatis significante celebratur. L. pro herede. 20. L. si quis extraneus. 21. L. fuit questionis. 24. Leg. Julianus. 42. alias. si pupillus. §. si in societate. §. fin. L. Antistius. 61. L. si quis. 72. L. duo fratres. 77. L. Pannonius. 83. §. fin. L. cum bonis. 87. h. nro. tit. Duarenus ad hunc titulum cap. 3. Donellus Lib. 7. comment. cap. 8. ubi eius enucleator Osualdus tra. M. Fab. de error. pragmat. decade. 31. errore. 8.

C. N. 27.

Quibus sic constitutis ex bona iurisprud. illud etiam sciendum est inter alias differentias, que observabantur inter aditionem, et pro herede gestionem illam fuisse primordialem, atque precipuam, quod qui partem suam nesciebat eam sibi acquirere per aditionem non poterat, ut constat si perspicaciter animadvertatur, ex leg. illud tit., et ex d. leg. ex semisse. 75. que

si pars hered. petatur.

sic intelligenda est, poterat tamen acquirere per gestionem pro herede. d. leg. si quis extraneus. §. fin. qua intrepide donandus est, et ratio differentie (si attente consideretur) erat, quia hereditatis aditio actus solemnis est, et legitimus. L. actus legitimi. 77. de reg. iur. habebatque olim verba illa solemnia, hanc hereditatem adeo, cernoque si heres aliquis ex toto asse, et solus scriptus erat; si vero ex parte ipsam quoque partem demonstrari necesse erat quam porro demonstrare non poterat is, qui eam ignorabat Ideo Petrus Fab. d. cap. 22. cretionem dictam vult quod veluti in rem presentem veniatur, ac coram testibus adeatur, et accipiatur hereditas, et Cujac. d. cap. 18. affirmat, cernere dici, quasi decernere, notat Osualdus lib. 7. cap. 9. tra. 1; gestio autem pro herede nullam

Solem

verborum solemnitatem requirebat, sed nudam voluntatem heredis facto aliquo declaratam quod heres esse vellet vel in solidum, vel ex parte. d. §. fin. de her. qual. et diff. Ulp. in fragment. d. tit. 22. nihil autem vetat illum, qui nesciebat quota pars sibi delata sit, velle tamen pro herede gerere, et heredem fieri pro ea parte quantacumque illa sit, quod pro herede facit, ut pro ea parte, quae re vera delata est heres fiat, et ita leges illae, quae alioquin pugnare videntur conciliandae sunt, non quomodo frustra licet, a variis interpretibus tentatum est ab Acc. et aliis d. relatis, qui hanc aditionis et gestionis differentiam non intellexere.

N. 28. d. L. ex semi. 75. cum L. si ex asse h. tit.

Ad adhuc redditur difficilior lex in. d. L. ex semisse. 75. propter Ulpiani sententiam in. L. si ex asse. 10. h. tit. quatenus adstruit expresse ibidem ex asse institutum heredem destinasse partem habere hereditatis, et nihilominus videri in assem pro herede gessisse, quae iura ut intrigates explicare possint in varias trahuntur sententias, et gl. in. d. Leg. si ex asse, et in d. L. si quis extraneus 21. §. fin. ubi ignoravit precipue in. d. Leg. ex semisse. 75. verbo, adit hereditatem existimat, ideo in. d. Leg. si ex asse. 10. ubi pro parte adire destinavit in solidum factum heredem, quia sciavit in solidum institutum, at vero in. d. Leg. ex semisse ignorasse ex dimidia fuisse institutum, et per errorem ex quadrante adire voluisse hereditatem, cuius glossae sententiae videntur subscribere. Bart. in. d. leg. ex semisse et Petrus Fab. in leg. in totum. 76. de reg. iur, qui rem, et difficultatem magis introspexit, et affirmat heredem institutum. in. d. Leg. si ex asse. 10. errare in iure idest

existimasse posse pro parte adire, et pro parte repudiare d. leg. 1. ff. tt. in d. leg. ex semisse errasse in facto, hoc est ignorasse ex qua parte heres fuisset insti- tutus, et ideo animum destinatum de acquirenda heredit. non esse inutilem in d. leg. si ex asse, sed eum, qui ius sciuit parit effectum, itaque cum ex asse heres destinaue- rit partem habere hereditatis in asse, nihilominus pro herede gessisse videtur, ut traditur ibi à Consulto et red- dit Faber rationem, quia cum is, qui totam hereditatem acquirere potest, etiam ex pluribus partibus hereditatis sit heres institutus non possit pro parte eam scindendo adire et quandam agnoscere, aliam repudiare. d. l. 1. et 2. quinetiam ex parte instituto adeunti, quas testator nemini adscripserit, itemque coheredum deficientium, aut repudiantium partes ignoranti etiam, et inuito accrescant ipso iure, ac tacito. l. testamento. C. de impuberum. cum testator (ut (pagani quidem) ex regula iuris pro parte testatus intelli- gi nequeat. l. ius nostrum. 7. de reg. iur. cum vulgat. (et ideo etiam potest addi) non posse quem pro parte adire hereditatem, et pro parte repudiare, quia cum tota heredi- tas iuris intellectu unum sit totum, et integrum, et solidum quemadmodum, si id quod reale, et corporale totum est, pro parte tenere vestis impossibile est quin totum teneas, aut demittas totum demittas, ut te experientia docet, sic et est im- possibile, ut hereditatem, que tota una est pro parte adeas pro parte repudies.

N. 29. Haec tamen glossae. Bartoli, et Petri Fabri sententia ad dicta iura etsi omnino à prisco iuris non videatur demare, et aberrere, attamen sen- tentiae, et verbis ipsarum legum non satis congruit

quod non

quia non magis ex una, quam alia constat sci-
uisse institutum heredem ex qua parte ad hereditatem
vocaretur, et ideo tam una, quam altera, partem
in qua fuit heres institutus videtur ignorasse = Quarè
ex differentia gestionis pro herede, et aditionis per
solemnem cretionem existimo componenda hec iura, et
aperte constat ex. d. leg. si ex asse. 10. in illis
verbis, videtur in assem pro herede gessisse, ita ut
quod siue sciat ex qua parte fuerit institutus, siue
ignoret gerendo se pro herede in aliqua parte in
totum assem pro herede gesisse videatur, (illo adhibito
ut habeat animum adeundi ex quacumque parte sit
heres institutus) et ita apprimè et nouiter indicamus
intelligendum textum in. d. leg. si ex asse. 10; at
verò adeundo hereditatem per solemnem cretionem secus est
quia certam, et veram scientiam habere debet partis
ex qua institutus fuit, et prætereà cernere totam
hereditatem debet, quia cernendo pro parte aditio non
valebit, neque ei proderit, etsi animum, et propositum
habeat adeundi ex quacumque parte institutus fuerit
ex ratione supra tradita ad explicationem. d. leg. si quis
extraneus. §. fin. et. d. leg. si ex semisse. 75.

His

N. 30.

L. in repudianda. 23.

autem, quæ constituimus inter aditionem per solemnem cretionem
et pro herede gestionem, ut ut incertus de re in
qua est institutus possit se gerere pro herede, non vero
adire hereditatem solemniter obijcio textum difficilem in leg.
in repudianda. 23. ff. tt. ubi Pomponius affirmat in
repudianda hereditate vel legato certum esse debere de suo
iure eum, qui repudiat; nec satisfaciens si quis dicat

Pomponius illius legis authores loquitur in repudiat, non verò in adit, vel pro herede gestione, quod aditio, et gestio pro herede, et repudiatio equiparantur, et equa lance trutinantur, et regulare est, eum hereditatem acquirere posse, qui et illam potest repudiare, quemadmodum, et ille poterit repudiare, qui poterit adire, quo respiciunt iura. in leg. quandiu. 3. L. nolle. 4. L. is qui heres 13. in pro. vers. ceterum, et §. substitutus. iuncta d. leg. quandiu. et §. fin. d. legis is qui heres. leg. nec is. 17. §. heres ad finem. L. is potest. ff. in illis verbis. is potest repudiare qui et acquirere L. si quis extraneus. 21. §. interdum. ad finem. leg. quandiu. 39. et. 69. L. qui superstitis. 94. ff. tit. leg. sicut. 4. L. pupillorum. 5. C. de repud. hered. conducit ratio legis pater Severinam. 100. de cond. et demonst. et docet textus in. L. quis sit fugitivus. 17. §. idem ait. de edil. edicto. L. ab administr. 8. C. de legat. L. eius est nolle. de reg. iur. observant Donellus. Lib. 7. comment. cap. 7. et cap. 4. tra. A. ipse Donellus ad titulum. C. de repud. her. et eodem loco Cujac. et ad titulum. C. de repud. bon. poss. et in. d. leg. eius est nolle. de reg. iur. Cumanus. selectarum disput. disput. 3. Petrus Fab. in. d. L. nolle. de reg. iur. ergô si is qui incertus est de iure suo, et parte in qua institutus est non potest repudiare, nec poterit pro herede gerere.

N. 31.

Quam difficultatem etsi expressè non moveant interpretes, qualiter qualiter sentire videtur gl. in. d. L. in repudianda. 23. ubi. certus existimans eum dici certum de iure suo qui in vehementi opinione erat, et in verbo repudiat ita

illum

illius text. interpretatur ut certus de delatu sit, ut repudiare possit, quasi declarans quod prius dixerat ipsa glo. sit, ut vehementer existimet delatam esse hereditatem ad hoc, ut adiri possit, quod falsum omnino est, quia non sufficit institutum heredem stare in opinione vehementi delatae hereditatis, sed animi certum, et veram scientiam habeat sicut adire non potest ita nec repudiare ex supra late dictis etiamsi sit in vehementi credulitate, et opinione.
Ego vero existimo huius text. veram interpretationem et emendam esse ex discrimine quod erat olim inter repudiationem hereditatis, et eius recusationem; repudiatio erat declaratio voluntatis constituentis se nolle esse heredem solemniter facta in iure, sive in iudicio, text. elegans. in L. suus. 3. et in leg. sicut. 4. C. de repud. vel ammitt. hered. observat eruditus Cujac. ad tit. C. de repud. bon. poss. et in d. L. 3. de reg. iur. et in paratitlis. ff. tit. et in §. fin. Inst. de hered. qualit. et differ. Osualdus. Lib. 7. cap. 7. tra. H. et repudiationem esse actum legitimum contrarium aditioni, quae solemni cretione fiebat, et quemadmodum certa verba proferebat heres in ipsa cretione, ita et quando repudiabat colligitur ex. Leg. si servus. 58. in illis verbis. mulierem coram testibus interrogari, utrum vel ommittere, an acquirere hereditatem, et se repudiare dixit. Aucto mat. notant Petrus Fab. lib. 2. semestr. cap. 33. pag. 347; recusatio vero est voluntatis contrariae quomodocumque et quibuscumque verbis facta etiam extra iudicium. L. recusari. 95. ff. tit. L. recusare. 6. ad Trebell. repudiat solus heres, recusat etiam fideicommissarius. L. cogi. 16. §. si quis. ad S. C. Treb.

filiusfamilias recusare, et nolle adire potest. l. 3. C. de her. inst. repudiando vero nihil agit. l. is qui heres. 13. §. fin. ff. eod. Goveanus lib. 2. variarum lect. cap. 25. recusatio ab absentibus, et per epistolam fieri potest. leg. recusari 95. et d. leg. recusare. 6. ergo non erat recusatio actus legitimus, sicut repudiatio, arg. leg. nemo. de reg. iur. unde iam apparet interpretatio d. leg. in repudianda. 23. (quam interpretum plebs non percepit) ut dicamus intelligendam de herede, qui repudiavit solemniter in iure, id est, ut Cuiacius ait, ad sellam et tribunal pretoris prolata verborum formula, que quidem ut dicebamus de cretione fieri non poterat nisi de re certa et tanquam de re presenti, ideo mirum non est si requiratur ut heres certus sit de suo iure, hoc est, de re in qua institutus est, quod aliter observari poterat in recusatione, que qualitercumque nudaque voluntate sine superstitiosa illa et solemni formula ab herede fiebat, ita interpretari posse textum illum arbitror, et ita non obstat dictis supra de differentia cretionis, et aditionis, immo illa confirmat.

N. 32.

Iam ex diverticulo redeundo ad viam ex more illo pro, ut ad adeundam hereditatem certam, et veram scientiam habere debeant instituti heredes venit interpretandus obscurus textus in leg. heres institutus 32. §. sed etsi scit. ff. eod. in quo affirmat Ulpianus quod etsi sciat aliquis se heredem institutum sed utrum pure an sub conditione ignoret non posse adire hereditatem licet pure heres institutus sit, quod responsum videbatur contrarium debere asseverare, quia si sciebat se institutum, et in rei veritate pure erat vocatus ad hereditatem et per consequens delata erat hereditas nullamque haberet conditionem, quid intererat an dubitaret pure vel sub conditione

heres institutus. 32. §. etsi scit. ff. eod. cum l. sed etsi de sua. 34. §. 1. ff. eod.

esset

esset institutus; additur pro hac ratione bonus textus in leg. sed etsi de sua. 34. §. 1. ff. tit. ubi fere in eadem specie dubitatur an cum quis esset pure institutus putaverit sub conditione, et impleta conditione, quam incertam putavit adierit possit acquirere hereditatem, et Consultus procul dubio decidit consequens esse dicere posse hereditatem adire ergo ultra ius vagatur decissio textus in d. Leg. heres institutus. 32. §. sed etsi scit, quatenus ignorante heredem sub conditione vel pure esse institutum, non posse hereditatem adire, etsi pure institutus reperiatur. Quam difficultatem agnovit glossa in d. §. sed etsi scit. verbo sub conditione, et in d. §. 1. legis, sed etsi de sua verbo facillius. Bart. d. locis, sed in eius explicatione multum se involvunt, nec animum adimplet ab eis dictis et in difficilli, et sub lite adhuc remanent illa iura

Horum iurium dissidium, ut glossa, et antiquiores effugiant nullum non movent lapidem, et primo ipsa glossa in d. Leg. heres institut. §. sed etsi. verbo. licet pure existimat in specie illius textus heredem non pure fuisse institutum sed inspecta potius ipsius heredis dubitatione, quam rei veritate, sed fuisse institutum sub conditione vere affirmat verbo sub conditione, et repetit in d. §. 1. d. leg. sed etsi de sua. verbo. facillius, at vero in d. §. 1. heredem fuisse institutum pure; quae solutio non solum non convenit verbis. d. §. sed etsi. imo potius verbis eius repugnat. ibi. non poterit adire hereditatem licet pure heres institutus sit. ex quo aperte probatur heredem in rei veritate fuisse institutum pure, non vero sub conditione et videtur sentire ita. Petrus Fab. in. d. Leg. in

N. 33.

in totum. 76. de reg. iur. Nec felicius se expedit Bart. in. d. leg. heres institutus, dicens quod in. d. §. sed etsi ignorabat, utrum pure vel sub cond. esset institutus et sic dubitabatur in. d. §. 2. d. legis. sed etsi de via putabat heres se institutum pure, cum esset institutus sub cond. quae erat purificata, et purificatam nesciebat, quae quidem doctrina in parte etiam falsa est quia in. d. §. 2. non sub condit. sed pure erat institutus, et ex apertis illius tex. verbis communiter h. sed etsi cum esset pure institutus putavit sub condit. quia error extitit in eo, quod cum pure esset institutus sub condit. putabat, et ita non magis evadere videtur difficultatem Bart. quam ipsa gl.

N. 34.

Quibus reiectis dicendum est heredem scriptum scire debere utrum pure an sub condit. heres institutus sit, nam, qui de hoc dubitat, et de eo dubitat delata sibi hereditas sit necne. Igitur non potest adire liquido nec recte inutilis inefficaxque aditio erit etiamsi re vera fuerit institutus pure, d. leg. heres institutus. §. 1 in prin. qui sic intelligendus est, idem dicemus in errante videlicet, si cum esset institutus sub condit. existimaverit se institutum pure, et adierit ante conditionem impletam vel post conditionem impletam, sub qua se heredem institutum esse nesciebat, si ante conditionem impletam quia cum adiit nondum delata erat hereditas, si post conditionem impletam, quia nesciebat conditionem institutioni insertam, nec eam expectavit animo obtemperandi voluntati defuncti, scientia exigitur conditionis qualis qualis sit condo. nam etsi potestativae, fato

quodam

quodam, et forte fortuna per se vel per alium paruerit heres, non propensa obsequendi voluntate obtemperasse voluntati defuncti non videtur. L. 2. de cond. et demonst. illis verbis, nam si fato fecerit non videtur obtemperasse voluntati, etsi antequam casualis extiterit non adierit etiam non videtur obtemperasse voluntati defuncti, nisi sciens animo obtemperandi distulerit aditum quousque conditio euenerit, et sic intelligendus est textus in d. §. 1. legis heres institut. in 2a parte in illis verbis, et sub conditione licet paruerit conditioni, si non dicam affirmamus e contra si cum esset institutus pure existimauerit se institutum sub conditione, et impleta conditione adierit, nam hic error quo quidem ductus est, et ex abundanti conditionem expectauit, vel impleuerit, nihil ei obiceri, nec periculum attulerit ammittende hereditatis, quasi non impleta voluntate defuncti, cum deterior sit causa instituti sub conditione, quam instituti pure, et illam tamen, quae deterior est amplexus sit, sic intelligendus textus in d. Leg. sed si de sua. 34. §. 1. h. tit. ubi duo conditionum genera facit potestatiuam, et casualem, et siue hanc siue illam putauerit adscriptam, cum esset institutus pure et idem utroque casu decidit, nihil ei hanc suspicionem obesse quominus adeundo hereditatem acquirat, et facilius in casuali, quam in potestatiua, propterea quod in casuali nihil facit, ut fallat, in potestatiua facit dum implet eam, ut adeat, quod aditioni vitium conciere videbatur, sed non solent, quae abundant vitiam afferre L. non solent. 94. de reg. iur. ita tradit Cuiac tract. 1. ad Africanum in d. Leg. cum falsum. 46.

ff. de cond. et dem.

N. 35.

Proximè dictis, ut errantem vel dubitantem de delat. non posse adire hæreditatem obloquitur Pauli responsum in Leg. qui putat. 74. ff. eod. quatenus ibi asseritur heredem, qui putat se decem dare iussum, cum quinque iussus sit, si decem dederit fieri heredem adeundo, at si quinque putet se iussum dare cum decem dare iussus est, et dat quinque non adimplere conditionem, sed ad aliquid proficere ut si reliquum solverit videatur conditio esse impleta ex cuius decisione apparet heredem institutum ignorasse quid esset in conditione, an quinque vel decem et per consequens non habebat veram, et certam etiam conditionis quod requiritur, ut delata censeatur hereditas d. leg. si quis extraneus. 21. §. fin. ubi si conditionem sub qua heres institutus sit non ignoret, et ut paruisse quis conditioni videatur eam incertam esse debet scire. d. Leg. 2. de cond. et demonst. ergo non videtur in specifica forma conditionem adimplere, qui iussus quinque dare prestat decem. Accursius in d. l. si quis extraneus. §. fin. verbo. non ignorat, et in hac lege, qui putat. 74. verbo non implet conditionem constituit in hac lege, qui putat heredem non videri ignorare, sed scire conditionem licet quantitatem ignoret at vero in aliis iuribus, quæ dicentibus heredes ignorantes conditionem non posse adire satisfieri posse respondendo loqui de ignorantia circa qualitatem non verò circa quantitatem, ut in d. leg. qui putat, ubi Bartolus etsi non expressè, tacitè idem quod glossa sentire videtur, et ratio quare is, qui quinque dare iussus dando decem conditionem adimplet, pendet ex eo, quia in

in maiori

L. qui putat. 74. de cond. et dem. ff.

in maiori quantitate et minor inest. L. 1. §. si sti
pulanti. de V. O. L. si unus. §. si cum decem
de pact. L. si quis in principio. de excep. rei iud.
et ut dicebam ad d. leg. sed et de sua. 34. §. 2. h. tit.
eum, qui pure erat institut. existimans sub cond. si
ipsam condit. ex abundanti adimpleuerit posset adire
sine eo quod ei suspitio obfuerit, nec periculum attule
rit, et hanc rationem videtur insinuare Petr. Fab. in
d. Leg. in totum. de reg. iur. quam sent. glossę libenter
approbo, et in eam sent. inclinare videtur Cujac. tract. 1. ad
Africanum. in d. leg. cum falsum. 46. h. tit.

Infertur

N. 36

L. si is ad quem 2 h. tit. cum L. si q. in hi bona. 25. §. quid si mandauit. ff.

etiam ex nostro pro intellect. ad tex. in leg. si is ad quem
22. h. nro. tit. quo loco Paulus scribit quod si is ad
quem legitima hereditas pertinet putauerit defunctum
seruum esse, et quasi peculium eius bona nactus sit pla
cere non obstringi eum hereditati, et idem affirmandum
si quasi libertum suum, cum esset ingenuus bona eius
occupauit, nam cum (ut ibidem ait Consultus) ad hoc ut
quis pro herede gerendo, vel adeundo hereditatem, obst
ringat se hereditati scire debet, qua ex causa ad eum
pertineat hereditas, et an tanquam ad agnatum, heredem
institutum, vel patronum, an ex testamento, vel ab intestato
an ex inst. vel subst. et sic intelligendus tex. in
leg. pater. 93. h. tit. in illis verbis, certus esse debet
iunctis illis, an ex inst., an ex subst., et an
ex test. an ab intestato, nam si existimet ab intestato
patrem fam. mortuum, quamuis omnia pro domino gerat, non
fiet heres, et idem iuris erit si non iusto testamento
scriptus heres prolatis tabullis, cum putaret iustum esse

quamvis omnia pro dño administraverit hereditatem tamen non acquiret. d. leg. si is ad que. 22. d. leg. pater. 93. leg. si cum te ex causa. 61. de pact. Et rao ex supradictis nam cum hereditatis aditio consistat in animo, et voluntate instituti eius vera, et certa illa requiritur, sed error in causa acquirendi impedit voluntatem, simmiliter impediet aditionem et causa proxima acquissitionis est voluntas heredis et illa est causa, qua heredi deffertur hereditas, merito si in illa errat impeditur aditio, notat eleganter Bart. in. d. leg. si is ad que. 22. n.º 1 = Nec obstat tex. in. leg. si quis mihi bona. 25. §. quod si mandavit. h. tt.º in illis verbis, at si ex tto mandavit poterit, et ab intestato, quia tunc cum meliorem patris faciat conditionem receptum est, ut filius possit ab intestato adire licet pater ex tto mandavit se gerere pro herede, nec censetur egredi fines mandati, cum meliorem faciat ipsius patris conditionem, arg.º leg. diligenter in fine. mandati. lege sicut. §. sed etsi permisserit. qq. mod. pignus. leg. sed etsi ante. ad Trebell. tradit gl.ª in. d. §. quod si mandavit. ubi. vel contra, et in. d. leg. pater. 93. ubi exiltat in fine. Cujac. d. tract. 1. ad. Aphrican. in. d. leg. cum falsum. h. tt.º

N. 37. Descendit ex eodem pro quod si heres institutus dubitet an vivat testator vel mortuus sit adire hereditatem non poterit. leg. qui hereditatem. 19. in illis verbis, qui hereditatem adire, vel bonorum possessionem petere vellet certus esse debet defunctum esse testatorem et lege heres institutus. 32. in pro. illis verbis, heres institutus si putet testatorem vivere, quamvis iam defunctus sit

adire

adire hereditatem non poterit, et inde procedere in repudiatione constat ex leg. is qui heres. 13. §. si quis. ff. si quis dubitet vivat testator necne, repudiando nihil agit. hoc. tit. quia cum incertum est de delatione hereditatis, aut sit dubius, an sit hereditas vel non, quia viventis non datur. l. si quis mihi bona. §. an nominatim, lege nemine. 27. l. qui superstitis. 94. ff. tit. leg. 1. de hered. vel act. vend. leg. ita tamen. 27. à patre. ad Trebell. l. in contrahendo. §. fin. de donat. leg. 1. pro herede l. Statius Florus. §. Cornelio Felici. de iur. fisci et constat ex Arnobio in illis verbis, non dicitur hereditas nisi mortuus fuerit, qui hereditatem instituit quem locum refert Cujac. lib. 59. Pauli ad Edictum in d. leg. qui hereditatem. 19. ideoque de viventis hereditate ut posse de re, que in rerum natura non est contractus et dispositio non valet, ideo nec aditio, vel repudiatio, dictis iuribus. Succedit etiam iuris alia ratio, quia omnes conventiones de viventis hereditate ut odiosas, et plenas tristissimi eventus damnat, et improbat, cum votum captande mortis inducant, et prematuram acerbissimamque spem contineant l. 2. §. introduximus. de vulg. d. leg. ita tamen. 27. §. à patre. ad Trebell. l. 1. §. impuberi. de collat. bon. quapropter contractus, sive conventiones de viventis hereditate sine illius consensu factas nullius esse momenti constat. l. quidam. 30. §. 1. de donat. l. finali de suis et legit. hered. l. pactum quod dotali. C. de pact. explicant interpretes, et quibus casibus iuram confirmari possit tractant Cujac. lib. 10. respons. Pap. in d. leg. quidam. 30. §. ult. ubi Xiphanius ad titulum de donat. Donellus in d. l. ult. C. de pact.

Ant. Fab. 5. tom. racionali. in. d. l. 1. de hered. et act. vend. et de erroribus pragmat. decade. 12. errore 3. Petrus Greg. lib. 4. syntagmat. cap. 4. et seqq. Covarrub. in cap. quamvis pactum. 3. p. § 1. n.o 3. Thesaur. decisio. 225. Fraguell. de primogen. q. 6. n. 8. Molina. de primogenijs. Lib. 2. cap. 3. n. 3. Gutierrez. de iuramento confirmat. cap. 59. n.o 4. et 5. et in repet. d. cap. quamvis pactum.

N. 38.

l. si quis 25. §. an nominatim ff. tit.

Quibus tamen non leviter refragari videtur decissio textus in leg. si quis mihi bona. 25. §. an nominatim. ff. tit. ubi dubitatur an pater familias possit mandare filio adire hereditatem viventis, et non posse affirmatur, tamen si rumor extiterit decessisse testatorem posse ei mandari, ut si scripsit eum, adeat, et si adhuc clausae tabullae sunt, et sit incertum an filius scriptus sit heres in qua specie patrem dubium extitisse propter rumorem prolatum de morte testatoris quis dubitat et in casu quo tabullae clausae erant omnino incertum de morte ipsius testatoris, an filius heres esset scriptus. Ergo dubius, et incertus de morte testatoris, et per consequens de delatione hereditatis poterit hereditatem adire = Cui difficultati breviter, et vere respondendum est ex glossa ibidem verbo. eum, et verbo. scriptus sit, et Bart. in §. ad verum. eiusdem legis. si quis mihi bona, et in leg. pater 93. ubi glossa hoc tit. nempe filiumfamilias certum esse debere de morte testatoris tempore aditionis, quod sufficit, quia cum principaliter ipse filiusfamilias sit vocatus ad hereditatem et ad quem verba testatoris immediate diriguntur, insuper habita persona patris, qui quidem non tam ex voluntate testatoris quam legis potestate perveniat ad successionem, merito affirmat

affirmat Consultus

affirmat Consultus sufficere filium scire defunctum esse testatorem, ut possit adire hereditatem delatam ex uera, et certa scientia, ut in nostro proposito requiritur.

N. 39.

Praeterea nostrae disputationis est explicare textum in leg. cum qui. 54. hoc. titulo. affirmatur ab Africano, cum qui duobus testamentis eiusdem testatoris heres scribitur, cum dubitet, num posterius falsum sit ex neutro eorum posse adire hereditatem; non ex ultimo, quia dubitat an falsum sit, neque ex primo quia cum dubitat an ultimum sit uerum, ergo dubitat an primum sit irritum, ergo an ualeat. Igitur ex hoc adire non potest, sumitur etiam ratio ex eo, quia dum in incerto est animus de delatione, et eius causa adire hereditatem non potest heres, quia certus esse debet de titulo certoque iudicio accedere ad hereditatem oportet, et ita, qui de his dubitat, uel qui in his errat; neque adit, neque repudiat hereditatem recte, attamen cum falsum testamentum dicitur siquidem ipse heres accusatur, quoniam certus esse debet de facto suo, et se falsum non fecisse recte adit hereditatem, cum ei liqueat de innocentia sua etiam pendente cognitione falsi. Leg. cum falsum. 46. leg. nec is. 17. his uerbis, sed si certum sit falsum non esse, quod falsum dicitur, sicuti adeundo acquirit, et repudiando ammittit hereditatem, et Lege cum quidam. 30. §. fin. ff. si certus sum non esse falsum testamentum licet dicatur esse possum adire hereditatem hoc titulo. sed si falsi conscius sibi fuerit profecto improbe fecerit si adierit, nec dominium acquisierit cum acquirendi deficiat causa, quod si errauerit, ut si uerum putauerat quod erat falsum eque hereditatem adiret frustra

quia deficit causa. L. 3. ad leg. Corn. de fals. è contra si falsum quod erat verum innanis etiam erit aditio, quia non putaverat delatam sibi hereditatem. d. Leg. necis. 17. §. nec is, qui non valere testamentum, aut falsum esse reputat, repudiare potest. h. tt. erranti comparatur is, qui dubitat, ut in plerisque alijs partibus; si verò alius arguatur citra conscientiam heredis non potest adire, quia tunc dubitat verum esse testamentum, id est, si aliquis dicatur falsum testamentum subiecisse inscio herede scripto. d. Leg. cum falsum nam si liqueat scripto de innocentia rei, et hoc casu pendente cognitione falsi hereditatem adire poterit, elegans tx. in leg. Pannonius. 86. §. rei perduellionis. h. tt. sive igitur ipse accusetur, sive alius modo certus sit falsum testamentum non esse hereditatem poterit adire, observant Acc. et Bart. d. iuribus. Cujac. tract. 1. ad Aphricanum in. d. Leg. cum falsum, et repetit tract. 4. ad Aphric. in leg. cum qui. 51. et libro. 6. resp. Pap. in. d. Leg. Pannonius. §. rei. Othomanus. lib. 10. observ. cap. 2.

N. 40.

His tamen que constituimus ad. d. Leg. cum qui duobus. 51. h. tt. ut heredem institutum duobus testamentis eiusdem testatoris dubium, et incertum de validitate posterioris testamenti adire non posse hereditatem videtur implacabiliter obstare Leg. Clodius. 97. hoc nostro. tt. quatenus affirmatur

L. Clodius. 97. h. tt.

ibi heredem institutum primo testamento utili, et valido et posteriori inutili existimantem posterius valere ex eo hereditatem adire voluisse, cum posterius testamentum inutile postea reperiretur dubitatum fuit inter Papin. et Paulum Severi Imperatoris assessores, an heres primo testamento valido renunciasse videatur, sic ut testatorem intestatum faciat

et ex sent.

& ex sent.ª Papin.ⁱ, qui semper primas tulit inter alios fuit pronunciatum repudiasse heredem ex priori test.º ex posteriori autem non posse adire. ergo dubius & incertus de solemnibus testamenti, & eius validitate, & per consequens de delat.ª hereditatis adire potest, siquidem repudiare potuit. in d. leg. Clodius, & validum sit argumentum, potest repudiare, ergo, & adire, & e contrario potest adire, igitur, & repudiare. Leg. nolle. 4. L. is qui heres. 13. vers. ceterum. leg. nec is. 17. §. heres ad finem. l. is potest. 18. hoc. tit. cum sescentis aliis

N. 41.

Hanc difficultatem ut intelligam, animaduerto, in §. d. leg. Clodiani, questionis fuisse inter Pap. & Paulum consultos & Papin.ˢ putabat repudiasse eum ex priori test.º hereditatem & ex posteriori non posse adire, Paulus non repudiare eum, qui putaret, posterius testamentum valere. Veteres interpretes existimauerunt, in d. leg. Clodius Clodianus probari opinionem Pauli, atque eam veriorem esse, quam Papi. sententiam, igitur si heres institutus hereditatem adierit ex posteriori test.º, quod valere credebat, non videri eum repudiasse hereditatem sibi ex priori test.º delatam. l. vbi. intestatum, Bart. & alios ibidem secundum Aretinum. n.º 3. columna. Alexand. cons.º 44. lib. 4. Duesembleg. cons.º 64. Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg. 23. n.º 29. & priuilegio. 69. n.º 19. & priuilegio. 83. n.º 6. aduertit. Spin. in speculo testam. gl.ª 30. principali. n.º 35. & 36. & confirmatur ex lege Regia in leg. 19. tit.º 6. part. 6. ubi Greg. Lopez. gl.ª 3. & antiquiorum opinioni subscripserunt Cujatius in solemni repet.º legis si duobus. 12. de bonorum.

de bon. poss. 2a tabul. Richard. de acq. hered. cap. 20. nu.
5. et repetit in. §. ex eo antem. l. qq. mod. tit. infirm.
nu. 14. et pro veterum opinione allegant iura in leg. le-
gitima. 8. de pet. hered. leg. legatum. de his qq. ut indign.
l. si iure testamento. 18. leg. Lucius 93. §. Sempronio. de
leg. 3. et ab argum. leg. 3. de tit. instit. vel leg.
quod antem. §. si uxor. de donat. inter virum et uxore.
l. que fideicommissa. 79. et leg. Lucius. §. quisquis.
de leg. 2. l. Ario. de appellat.

N. 42.

Hec antiquior sententia
iam approbata a iunioribus Cuiatio etc. et Richardo
ubi s., etsi prius ob id non aboreat opponitur tamen
d. bis. d. leg. Clodius. in cuius specie approbatam fuisse
ex decreto Imperatoris sententiam Papinianam ipsa verba
demonstrant. t. pronunciavit Clodianum intestatum
decessisse, eamque pronunciatam fuisse ab ipso. Pap.
qui erat Prefectus pret., nam et in. leg. lecta
de rebus credit. fuisse contra opinionem Pauli iudicatum
constat non d. legem Clodius Clodianum. ex Pauli lib.
3. decretorum sumptam fuisse. porro his libris Paulus
digessit decreta Imperatorum, ut satis colligitur ex
lege, que in tit. 33. de fideicommiss. libert. cum ins-
criptio, et epigraphe est. Paulus lib. 3. decretorum
et etiam constat. ex leg. Emilius Largianus. de
minoribus, et etiam ex inscript. eiusdem tex., in qua
contra opinionem Pauli pronunciavit Imperator. ubi Paulus
utitur, verbo dicebam, quo etiam utitur in d. leg.
Clodius. ergo Imperator in hac lege pronunciavit secundum
Papinianam sententiam, que semper etc. in aliqua re
diverse erant iuris peritorum sententie, preferebatur

et ea pars vincebat
in qua Pap.

in qua Pap. erat. est tex. in l. un. C. de respons. prudent. in Theodossio. in illis verbis, vel si numero equalis sit eius partis precedebat authoritas, in qua excellentis ingenij vir Pap. emineat. et in leg. fin. C. de sent. passis. §. remotis Vlpian. atq. Pauli notis Papinian placet valere sent., quod non solum Severo Imperatori placuit. in d. leg. Clodij, cuius fam. et verum Iust. Imperatori pro quasi expendo bona iura in leg. debitor. ff. de leg. 2. vsi. quod si vino. ubi Pauli refferens quandam sent. cuius contrariam amplexus fuit Pap. in l. verbis. §. ad leg. Falcid. quam comprobavit Iust. improbata Pauli doctr. in §. ex contr. J. de leg. Igitur sent. Pap. a Severo Imperatore decreto suo comprobata fuit in d. leg. Clodij. Praeterea convincitur communis antiquorum sent., nam si Imperatoris decreto pronunciatum fuit testatorem mortuum fuisse ab intestato, quid aliud exprimitur nisi heredem non posse redire ad primum testamentum, ac per conseq. cum Imperatoris decretum iuris habeat authoritatem vulgato. §. sed quod Principi. J. de iur. naturali, sequitur ut Papiniani sent. in d. leg. Clodij amplectenda sit.

+ cuius familiaris Pap. verum etc.

N. 43.

Non solum autem Pap. doctrina sequenda est, quoniam comprobata proponitur Imperatoris decreto, verumetiam ex bene ordinata iuris prud. verior est, et fulcitur ex leg. filium emancipatum. 60. ff. tit. ubi filius emancipatus institutus proponitur quod si heres non fuisset datus fuit illi substitutus filius existimavit patrem ab intestato mortuum

propter dementiam, et ideo bonorum possessionem ab intestato petijsset probatum tamen fuit sana mente patrem testatum fuisse, quaeritur an hereditas substituto defferatur, et respondit substitutum admittendum exclusso filio ex eo quod per errorem voluit ab intestato bonorum possessionem accipere. 2.º idem probatur ex L. 3. si quid in fraudem patroni, ubi proponitur libertum patronum suum ex debita portione instituisse heredem ipsumque patronum hereditatem quaesivisse dum ignorabat libertum multa alienasse in eius fraudem, quaeritur utrum ignorantiae patroni succurri debeat, et ex sententia Papiniani responsum fuit succurrendum non esse, sed alienata in eadem causa manere, ergo in d. Leg. Clodius Papinianum suum illius sententia iure optimo ab Imperatore Severo comprobata fuit, quae explant, et exornant Cujac. Lib. 11. resp. Pap. in L. quae fideicommissa. 79. de leg. 2.º Viglius in d. §. ex eo quidem Eduardus Caldeira lib. 1. var. lect. cap. 5.

N. 44.

Quare ommissa interpretatione recepta communiter in his scholis tradita a Caldeira ubi proxime vere dicendum est, ideo in d. Leg. Clodius heredem repelli a primo testamento valido, quia per errorem facti adivit hereditatem ex testamento 2.º invalido, atque ita ex primo repudiasse censetur, quia temere et inconsulto adivit, et seipsum decepit. arg. textus in d. Leg. 3. si quid in fraudem patroni. §. idcirco patronum sibi imputare debere dicat error autem facti ideo nocet heredi contra regulam textus in L. 8. de iur. et facti ignor. nam culpa sua factum ignoravit dum temere quaesivit hereditatem ex 2.º testamento, et universa totius hereditatis

caa

causa non benè perpensa, ac per conseq. stultitiæ suæ hoc acceptum ferre debet, nam curiositas, prudentia, et dilig.a requiritur in adit.e hereditatis unde heredi dantur certa tpora ad deliberandum in tit.o deiure deliberandi. Igitur non tam ex facti ignor.a, quam culpa sua, et vana simplicit.e deceptus heres non potuit redire ad primum testamentum, quod simmilliter dicendum est in d. L. filius emancipatus. arg. tex. in L. 3. ad Maced. unde huic heredi potest obiici quod Tiberius dicebat, disce cautulus negotiare explicant eruditè Cujac. Lib. 14. quæst. Pap. in d. Leg. 3. et Lib. 11. respons. eiusdem. in d. L. quæ fideicommissa.

N. 45.

Unde ego ultra des existimo intrigan da, et conciliandu obscura iura invicem ut evidenter pugnantia in. L. mater decedens. 19. vers. neq. enim de inoff. in. L. legitimam. d. de hered. pet. in L. quæ fideicommissa. 79. de leg. 2. tradita ab antiquiorib. interpretib. pro Paulo contra Papinian. d. Leg. Lodiq. cum d. Leg. filium hoc tit. d. L. 3. et simmillib. tradditis pro iuniorib., nam in d. Leg. mater. cum simmillib. noried quod imputetur heredib. qui non potuerunt cognoscere testamentum infirmandi querela, cum incertissima sit alea iudicionis incertissima etiam fata causarum, cæterum in. d. Leg. Lodiq. heres habuit notitiam utriusq. testamenti, atq. ita est quod imputetur ei, cur temerè ex 2.o quæsivit heredem maxime, quia cum utriusq. testamenti notitiam habuit, et ex 2.o voluit adire, per conseq. noluit ex primo, cum ex duplici tit.o nemo possit heredem adire, quæ oia

5.o Pap. etiam potest i(n) Ciuic. L. cum fundum. de vi et vi arm. id alt.o inuenietur

non obstare constant ex d. leg. Clodius. §. scriptus heres cum posterius putaret valere ex eo hereditatem adire voluit. Sic simmiliter in d. leg. filius. 60. §. ult. filius dementiam patris audivit, et merito imputandum est illi, cur temere ab initio bonorum possessionem agnovit antequam omni dilig. et cura inquireret patris dementiam. Neque obstant verba d. leg. 3. si quid in fraudem patroni. §. dum ignorat, nam respondendum est, quod in illa specie debuit patronus diligenter inquirere utrum libertus alienasset aliqua bona, cum id frequenter a libertis fieri solebat ad diminuendam legitimam portionem debitam patronis, ut constat ex universis decissionibus illius tit. et colligitur ex d. leg. 79. de leg. 2. notat Cujac. in d. l. 79. Nec tandem obstat tex. in d. leg. quae fideicommissa. de leg. 2. ubi liberti viri non ignorarunt predia post mortem uxoris a domino fuisse per fideicommissum relicta, ut colligitur ex illis verbis. §. iuris ignoratione lapsi, et nihilominus quantumvis longo tempore perceperunt usumfructum eorum prediorum ex test. uxoris, cum libertis eius, non videntur renunciasse fideicommisso ab illo relicto, Nam respondendum est in specie de qua §. nulla petitio, aut persecutio fideicommissi ex test. uxoris libertos mariti fecisse, sed longo tempore fructus perceperunt ex 2° test. uxoris, unde dubitatum fuit, an fideicommissi persecutio ex 1° test. mariti longi temporis prescriptione extingueretur, et Pap. inquit non ideo [struck through] fuisse peremptam prioris fideicommissi petitionem, cuius decissio fulcitur ex l. neque. 5. C. qq. non obijcitur long. temporis. notat Cujac. in d. leg. quae fideicommissa suo libro. 11. resp. Pap. unum tamen observo ab omnibus non animadversum Pauli Consulti nomen tollendum esse

in. d. l. filium 60. ff. eo. imperite adiecto quod probatur ex verbo improbat, ex verbo est in antiquis nostris scriptis ex quibus apparet legendum ita. Proculus Labeonis sententiam improbat, et in Paulum sententiam est, vide etiam nomen Pauli. sub diversa forma litere scriptum est in. d. leg. filium alioquin Paulus sibi contrarius fuisset in seq. d. leg. filium. et d. leg. Clodius

De personis quibus acquirende vel repudiande hereditatis facultas non est, ad leg. qui in aliena. 6. l. si quis 25. §. iussum, et §. id quod. leg. filiusfam. 92. cum multis alijs. hoc. titulo

Caput. 3.

De personis quibus libera acquirende et repudiande hereditatis facultas non est aggredimur difficilem, et auream apud Consultos materiam in cuius commentarijs enarranda sunt multa ab antecessoribus non animaduersa, cetera vero apud eos videnda, et illustranda, que quidem ut feliciori exitu peragantur, verba Consulti nostri Vlpiani in l. qui in aliena. 6. ff. eo. singulari paraphrasi explanda sunt. Ita

In txu. ibi

Qui in aliena est potestate

N. 1. In his verbis prioribus Vlp. noster non solum loquitur cum masculo, qui in aliena est pot., ut non possit inuitum hereditati obligare eum in cuius est potestate, neque per alienum obligetur, veluti contingit in seruo, qui in Dnica potestate reperitur nec sine dno esse potest siue iure gentium captiuus, siue iure ciuili conditione sui ipsius ad pretium participandum, item cum filiofam. verumetiam cum femina in alterius pot. constituta, veluti ancilla, filiafamilias, et uxore mariti contracto per coemptionem de qua infra: quoniam licet relatiuum illud, qui masculum tantum in aliena pot. constitutum contineat ex propriet. congruo grammaticorum sermone tamen in nro txu omnis, qui in aliena pot. est constitutus comprehenditur, masculus, aut femina, nam in iure nro masculinum concipit in se femininum. L. si quis. 7. de iurisdict. L. si quis. 16. de testam. tut. L. qui duos 62. L. seruus legatus. 81. de leg. 3. L. 1. cum simil. de V. S. illustrant pluribus Andreas Tiraq. de retractu lignagier. § 1. gl. 9. ex n. 225. et ultra relatos ab eo. Menoch. lib. 4. presumpt. 89. n. 48. Cenedo singulari. 27. quod idem habetur de iure Pontif. in cap. maiores. post principium, ubi Panormitanus, et ceteri extra. de baptismo. et apud Licinium Calor. 6.

Pollentemque Deum Venerem

Num Veneris magnum violani numina dico.
Et Virg. de illa ipsa loquens. 2° Æneid. inquit
Descendo ac ducente Deo flammam iter, et hostes
Et lib. 7. de Iunone loquens inquit.
Nec dextre erranti Deus abfuit
quod quidem in ipso relatiuo, qui, de quo in nostra
lege expresse habetur in. l. 1 de const. pecun. §.
ait pretor, qui pecuniam debitam constituit, qui, sic
accipiendum est, quoque, nam et mulieres de constituta
tenentur si non intercesserint, ergo dicta illa priora nostre leg.
§. qui in aliena est potestate intelligenda sunt de masculo siue
femina constitutis in potestate aliena.

N. 2.

Que doctrina maxime
procedit in iure nostro, ubi militat eadem ratio dispositionis
tam in masculo, quam femina, nam tunc ex proprietate sermonis
masculinum recipit in se femeninum, ut cum Cino in l. quicumque. C. de serui
fug. per textum §. et in. l. 1. C. que sit longa. statuit Tiraq.
in ex nº. 229. arg. leg. ult. C. de indicta viduit tollenda
Unde cum ratio nostre legis, qui in potestate consideretur cum virtute
quidquid acquirit ille, qui sub alterius potestate est statim acquiritur
illi cuius potestati subiectus est sequitur ut sexus non inspi-
ciatur, sed potestas, qua ratione simmilliter apud nostrum Ulpian.
verba illa. §. nec qui alieno pater obligetur intelligenda
sunt non solum in patre verumetiam in alia persona cuiuscumque
potestate heres institutus fuerit, arg. textus in. l. 1. §. 1.
si a parente quis fuerit man. l. placet. 79. ff. tit. l.
seruus vetante. 62. de V. O. l. etiam inuitis 32. cum simm.
de acq. rer. dom. cum enim filij, serui, ancille heredes
scribuntur iure potestatis perinde habetur, acsi instituti essent
parentes et domini sub quorum sunt potestate. l. si quis. 7. ff. tit.

L. cum filio 11. de leg. 1. l. 1. et 2. de her. pet. l. 4. de leg. 3. §. item vobis. l. per quas pers. et oneribus hereditarijs obstricti manet, quod quidem ferendum non erat citra voluntatem eorum arg. tex. in l. quecumque 10. de O.&A. l. melior 133. de reg. iur. l. frater à fratre. de cond. ind. secundum verum intellectum, ex quo apparet vim patrie potestatis vel dominice procedere in tex. sententia, neque immeritô, nam ut aiebat Aristot. 1 politicorum. gentium iure triplex in unaquaque domo imperium reperitur, Discrarium in servos, Basilicum in filios. Politicum in uxore, circa quam potestatem videnda sunt multa eruditê congesta apud Ferdinand. Paez in tract. de iure liber. Duarenum. lib. 1. disput. cap. 40. Ascanium Clementem in tract. de patr. potest. Tinellum in rub. C. de bon. mat. 2. p. in prin. Forcatulum dialogo. 15.

N. B.

Ceterum adversus predicta nonnulla considero que viri Ulpiani priora verba à nobis explicata, et exornata infirmari videntur. Primo filiamfam. non eque ut filium esse sub pot. parentis, neque enim Romani tantam in filias, quam in filios potestatem habebant, quod non eodem modo vim patrie potestatis. dicendum est filiam non posse hereditati obligare patrem citra eius voluntatem; discursus tamen legitimus est, ante probatur duplici medio. Primo nam filiusfam. à patre preteritus ipso iure testamentum ab initio nullum facit. l. si filius 7. l. Gallus. 29. in prin. iuncto. §. in omnibus. l. inter cetera. 30. l. pen. in fi. de lib. et posth. quod quidem ratione patrie potestatis contingit ex qua cum filius suus heres sit patri, et eo vivo quodammodo dominus, vulgata lege in suis. 11. illo tit. nec duo domini eiusdem hereditatis reperiantur insolidum contra regulam. l. 5. §. sint certo.

Commodati

commod. L. quod contra. 141. §. uni duo. de reg. iur.
merito requiritur, quod filius exheredatus excludatur a do-
minio hereditatis, ut heres institutus extraneus adire
possit dominium habere, alioquin preteritus filius ollim
potius magnaque mortis perturbat preteritus, quam exhe-
redatus censetur, arg. tex. in §. postumum. I. de exher.
lib. cum aliis. Deinde nam maxima qualitas sui-
tatis iure civili introducta ex prerrogativa patrie po-
testatis alio modo civili erat removenda, scilicet exhe-
redatione, arg. tex. in. L. nihil tam naturale. 35. de
reg. iur. in. §. quod autem. I. de capit. dim. in. §.
ult. in fi. de legit. agn. tut; que omnia in filiabus
sub paterna potestate constitutis locum non habent, nam
quantumvis preterite proponantur testamentum sustinetur
et ad certam portem admintuntur, ut extat Vlp.
in fragm. tit. 22. Caius lib. 2. I. tit. 3. Instit.
in Leg. maximum vitium. 4. C. de liber. preterit.
et in pro. vers. sed non ita. I. de exhered. liberorum
et patrio iure ex. L. 10. tit. 7. Leg. 1. tit. 8. part.
6. Igitur iura patrie potestatis, et effectus non eque consi-
derantur in filios ac in filias, ac per conseq. ratio potestatis
et iuri Vlpi circa acquisit. hereditatis minime eque procedit
in filiabus et filiis constitutis in paterna pot.

N. 4

4

2º hoc idem
probatur nam. Leg. 12. tab. cum meminit Vlp. in fragm. tit. 10.
in pro cautum erat ne aliter filius eximeretur in totum a pot.
paterna, quam si ter manumissus, ter mancipatus esset, filia
vero, et ceteri heredes sui preter filium una emancipatione
sui iuris efficiebatur quod idem habetur apud Caium tit. 6. et
apud Vlp. ut in. L. verum. §. alias ceterum. §. 1. de inoffic.

rupto. ex qua doctr non insubtiliter Dich. noster in fr. S. de exher. lib. nº. 35. interpandz observat tex in. L. inter cetera. 30. de lib. & post. (ultra Costa in. L. Gallus §. & quid si tantum. 3. §. ex nº. 35. illo tit.) ut prior pars non de liberis posthumis cum commum interpanda sit, quoniam in posthumis non requiritur pro forma legis de qua b. ut instituantur t exheredentur, sed in filiis natis. d. fr. de exhered. lib. atque ita interpanda est potius de filiis una emancipat mancipatis ante 2am. & 3. ita ut si extra paternam potestatem constituti una mancip. & interim preteriti a patre fuerit, cum a patre fiduciario remancipati patri naturali revertantur in ipsius pot. testamentum rumpunt agnati sui heredis expresse loco colligi in fragm. tit. 23. Vlp. agnascitur suus heres, §. aut manumiss. id est si filius ex. L. due mancip. manumissus reversus sit in patris pot. que quidem interpo fulcitur, ex usu, namque filio eiusdem leg. inter cetera. ubi de filio nato in pot. constitut. loquitur Vlp. atque ita ostendit in fr. de filiis extra pot. constitutis loquutum fuisse, quoniam nullus alius filius preteritus extra pot. constitutus rumperet testamentum nisi una mancipat emancipatus, & apertius probatur ex. d. L. 3. §. 1. ubi ideo filia non rumpit testamentum, quia una emancipat eximebatur a patria potestate filius enim non eximitur omnino a pot. paterna prima nec 2 mancipat. siquidem propter fiduciam remancipandus erat a patre fiduc. patri naturali, ut cum Vlp. & Caio cum multis examinat Conanus lib. 2. comment. cap. 14. ex nº. 4. Ant. Fab. lib. 10. coniect. cap. 15.

N. 5.

His tamen difficultatibus non obstantibus verissime asseverandum est non solum filium verumetiam nec filiam

posse

prae minus haereditati obligare parentem, sub cuius sunt
pot. quod non minus pater per filium, quam per filiam
virtute patriae potestatis qui alieno haereditati sine proprio
consensu obligatus maneret d. l. dictas. Nec obstat
patriam potestatem in filias non esse eiusdem virtutis ac in
filios, quo ad nullitatem testamenti propter praeteritionem licet
quoad attinet ad acquisitionem eiusdem roboris censeatur, cuius rei
differentiae ratio ab omnibus quos viderim nondum observata
a nostris ex rudimentis iurisprudentiae eruenda est.
pro cuius vera intelligentia sciendum est, patriam potestatem moribus
populi Romani parentibus civibus Romanis in eorum
favorem concessam fuisse, ut cives ad matrimonia ineunda
et liberos procreatos invitarentur, unde eleganter Seneca
lib. 3. de benef. cap. 10. parentum, inquit, conditio sa-
cratissima, quia expediebat liberos tolli, et liberis civibus
civitates replere; quam quidem in liberos dominationem moribus
introductam a Romanis ex naturae legibus originem tra-
here eleganter demonstrat Plinius Iunior in Panegyrico
ad Traianum, dum, inquit, lex naturae semper in
ditione parentum liberos esse iubet. Igitur patriae potestatis
ius proprium dicitur civium Romanorum in l. 3. de his
qui sunt sui. in § 1. I. de patr. pot. nam Romani
iam inde a nascentis reipublicae tempore adeo magnam
sibi in liberos potestatem adrogarunt tot iuribus, et peculia-
ribus privilegiis munitam, ut propria civium Romanorum
patria potestas censeretur, unde inestimabilis res erat
ac per consequens non poterat pater cogi a filio, neque
ab alio manumittere filias. Leg. non potest. 31. et
aliam. l. 11. § 5. de adopt. l. filiusfam. 114. § si liberos. de leg. 1.
secundum vulgare, huius in seq. Leg. si cui legatum. 92. de cond. et dem.

L. filiusfam. 114.
§ si liberos. de leg.
Leg. si cui legatum. 9[2]
cond. et demonst.

de qua videndi Ant. Fab. in Pap. tt. 8. pro. 5. illat. 1. Cujac. lib. 9. respons. Pap. in d. leg. si cum. inter alia autem non mediocra commoda, que patri conceduntur ex dominat. in liberos paterna unum precipuum est, ut quidquid filius acquirit confestim patri acquiratur ex s[ocie]tatis iuribus, nisi hereditas sit, vel quid aliud cum ratione patris conditio deterior fieri possit, tunc enim acquisitum minime patri queritur nisi iussus eius precedat ex nostro textu. leg. melior. de reg. iur. cum simmilibus, ne patria potestas in favorem parentum introducta in eorum damnum, et perniciem retorqueatur, contra reg. leg. quod favore de legibus.

N. 6

Secundo prelibandum est ex eisdem principiis iuris prudentie quibus favore patrie potestatis, et parentum acquisitio introducta fuit videlicet ex personarum patris et filii unitate propter strictum nexum, et vinculum patrie potestatis de qua unit. in. l. 4. de iudiciis. in leg. Imp. 50. ad Trebell. in. leg. nec cum filio 36. de furtis, multa onera patrie potestatis damnosa parentibus utilia liberis introducta fuisse, inter alia suitatis ius ex patria pot. initium habuit ex illa unitate personarum patris, et filii, qua filius in pot. constitutus quasi sui ipsius heres est, et vivo patre dominus rerum hereditariarum. d. leg. in suis. 11. de lib. et posthu. ex quo premisso interpretanda sunt iura alias obscura in leg. 5. §. non tantum. de liber. agnosc. §. cetera quoque onera liberorum et in leg. pen. eodem tt. ubi inquit Marcellus non quemadmodum masculorum nostrorum liberi ad onus nostrum pertinent, ita et in feminis est, nam manifestum est, id quod filia parit non avo

Ad patri

sed patri suo esse oneri, et in. l. pen. de adopt. inquit Paulus. onera eius, qui in adoptionem datus est ad patrem adoptivum transferuntur, non alia ratione quam quod suus heres patri efficiatur; Unde etiam est, quod sicut pater invitus non cogitur filium immo nec avus paternus nepotem emancipare. l. nec avus 4. C. de emancip. lib. ita simmiliter nec filius nec nepos possunt inviti emancipari. L. 3. et 5. eodem tit. Tandem inde fit, quod si quis nepotis loco adoptet, vel quasi ex filio adoptivo vel naturali in potestate constituto, eo casu filium consentire debeat, ne invito ei suus heres agnascatur, ut Iust. inquit in. §. sed si quis. I. de adopt. post Paulum in leg. cum nepos. 6. et l. si is qui. 11. eodem tit. exornat pluribus Ant. Fab. in Pag. tit. 8. pro. 7. illat. 15.

N. 7.

